

Universitätsbibliothek Wuppertal

Iulianu Autokratoros Ta Sōzomena, Kai Tu En Agiois Kyrillu Archiepiskopu Alexandreias Pros Ta Tu En Atheois Iulianu Logoi Dekα

Julian <Römisches Reich, Kaiser>

Lipsiae, Anno MDCXCVI.

Dionysii Petavii notae in Iuliani opera

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1694](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-1694)

DIONYSII PETAVII
 NOTAE
 IN IULIANI OPERA.

Ad priores tres Iuliani Panegyricas
 Orationes

DIONYSII PETAVII PRAEFATIO,

AD AMPLISSIMUM VIRUM

D. NICOLAVM VERDVNVM,

Senatus Parisiensis Praesidem.



*M*olestum me interpellatorem dixerit aliquis, Praeses amplissime, qui tibi, prolatis iam rebus, ac forensibus negotiis intermissis, otioso esse ne in communi quidem otio permittam. Verum qui & de dignitatis illius, quam sustines, amplitudine, & occupationum tuarum, quæ aliis temporibus summæ esse solent, magnitudine cogitarit, magis erit quod pudorem a me in adsciscendo patrono, quam in adeundo opportunitatem ac prudentiam requirat. Quorum illud ut abs te iudicatum iri existimem, neque egregia tua humanitas patitur, qua te infimis etiam admitteudis audiendisque facilem præbes, & ingenii ac doctrinæ vis excellens prohibet; quæ ne ab eo quidem abhorret genere litterarum, a quo est illud, quod modo tibi consecramus, profectum. Quas profecto artes adhibere potissimum in cessatione & otio soletis: ut, in quibus rebus meditandis domicilium quoddam assidui laboris constituimus, eas non nisi in ludo & animi oblectatione numeretis. Erunt fortasse qui illud non improbent, quod tuo patrocínio ad lucubrationum nostrarum

rum auctoritatem uti decreuerim; sed hoc tamen existiment, quemuis potius, quam hunc Christianorum hostem, nomini tuo inscribendum fuisse. Contra quos plura hoc loco dicerem, si in ea te esse sententia putarem; quorum crimine aliquo notata & flagitiosa vita fuerit, eorum cum improbitate mentionem pariter ac memoriam proscribi oportere. Quod quia neque cum tuo hominis sapientissimi iudicio, neque cum rei veritate, aut quotidiano usu, consentaneum est, & multa leguntur a contaminatis & impuris hominibus haud impure scripta; dabis hanc mihi facile veniam, ut innocentissimorum scriptorum integritas favore tuo & gratia ab auctoris inuidia subleuetur. Tametsi eiusmodi illa sunt, quæ modo tibi damus, IVLIANI monumenta, ut nihil ad famam suam præstandam, cuiusquam excusationem desiderent. Nam quum eo tempore scripta ab eodem esse constat, quo sanus adhuc atque incorruptus esset; nihil iis ex consecuta morum peruersitate contagionis ac labis adflatum est. Atque hoc nimirum habent præ cæteris editis hætenus illius operibus singulare ac præcipuum. Quæ quanquam implacabili Christiani nominis odio, & atrocissimis in Galilæos, ut ille vocat, conuitiis referta sint; tamen & studiosè a clarissimis viris quæsitæ atque in lucem emissa sunt, & eadem quotidie non modo sine offensione vlla, sed etiam cum maxima approbatione ac voluptate tractantur. Quamobrem hoc tibi gratiora aliisque hæc nostra ac iucundiora putavi fore, quod neque iisdem, quibus illa, impietatis ac sceleris notis iniusta sunt, neque eo carent, cuius hæc gratia adsciscuntur, doctrinæ elegantiaque fructu. Quod vero sepulta hætenus tenebris, nunc primum in tui luce nominis apparere incipiunt, eo maiorem ex nouitatis illecebra cupiditatem sui allatura confido. Etenim si vetusti lapides, numi, marmora, aliaque eiusmodi monumenta, non tam utilitate placent, quæ plerumque nulla in iis est, quam ipso genere vetustatis: ob idque & eruuntur sedulo, & obscuris sæpe ambiguisque rebus auctoritas ex iis arcessitur; nemo erit tam a ratione relictus, opinor, qui non mutis illis atque inanibus rebus, veterum lucubrationes ac scripta, hoc est, pene ipsius antiquitatis vocem, anteponendam iudicet: quibus

hbb

quum

Vixit ne vix quidem
hæc credidim.
Joannes Florrel sp. 4.
in nota hanc opinionem
perstringit, cum dicit:
In trium orationum
editione Florentina (1675)
Petavius disertè mo-
nuit eas a Juliano
Christianis scriptas
esse, idque in ipso libri
titulo posuit.

quum multa ad sermonis proprietatem & ornatum, tum ad scientiam atque historicam lucem, & scitu digna & necessaria continentur. Hoc quidem in nostro plerasque res gestas commemoratas reperies multo quam ab iis illustrius, qui easdem commentariis suis atque historiis mandarunt. Eiusmodi sunt Magnentiana illa tempora, & receptum a nefariis Tyrannis ac recreatum Imperium: itemque longe celeberrima illa Nisibena civitatis obsidio: ac caetera a Constantio suscepta administrataque bella; quae partim scriptorum paucitate, partim festinatione, paullo erant negligentius atque obscurius prodita; partim denique quod, qui illa eadem Panegyricis hisce a IVLIANO praerepta ac diligenter explicata legerant, ab iisdem iterandis suo iudicio sunt ac voluntate deteriti. Etenim Zosimus libro Historiarum tertio, quum ad Persicum bellum ac Nisibis oppugnationem venisset, superuacuum videri sibi ait rei gestae narrationem ordinemque pertexere, quum iam Caesar ipse peculiaribus hoc scriptis antea praestitisset. Quorum illud statim elogium adiecit: Ea vero si quis in manus sumserit, maximam in dicendo vim hominis ac facultatem intelliget. Quae omnia ad primam postremamque istarum Orationum, sed hanc potissimum, mea quidem sententia, pertinent: in qua de Barbarorum irrito ad eam urbem conatu pari fide elegantiaque disseruit.

Habes igitur, Praeses amplissime, consilii in hoc edendo dicendoque tibi Scriptore mei rationem ac summam. Quod ut approbare, eique suffragari velis, quum a te tua, ut initio dixi, singularis humanitas, amorque erga has litteras impetrabit, tum in Societatem nostram propensus animus ad hoc agendum hortabitur. Mea enim causa ut privatim aliquid elaborerem, neque ea fert, quae in me est, obscuritas omnium rerum ac tenuitas; & qualiscunque sum, officio tibi malo ac re ipsa esse, quam ullius praedicatione, praesertim propria, commendatus. Sed quum illud animo cogito, eiusmodi quiddam nuper a me Christianissimo Principi munus oblatum mirifice ei gratum ac iucundum accidisse, non possum non eundem a te mihi fructum laboris mei operaeque polliceri. Et quoniam haec sunt & a Principe scriptae, & ad Principem habitae olim Orationes, neminem ad earum patrocinium magis idoneum

com:

commodioremque esse duxi viro illo, qui quemadmodum, aut apud Reges dicendum, aut Regibus loquendum esset, præclare cognosceret. Qui quum summi ordinis sit, publicique consilii princeps, ita in iure dicendo, æquitæque moderanda, regiam & personam & auctoritatem sustinet, ut eius vox quædam sit regie mentis ac voluntatis interpret, & purpureæ vestis fulgor ipse maiestatis illius amplitudinem demonstrat. Quibus regie potestatis insignibus ut regiam æque, quum in admittendo hoc meo munere, tum in fouendis nostris subleuandisque, benignitatem adiicere pergās, magno abs te opere contendo. Vale. *Fixæ Andegavorum, VIII Calend.*

Hodie Le Roche inter Angers et Le Mans.

Novembr. Anno Domini c l 2. l 3 c XIII.

Petavii editio Flexensis tres priores orationes continens in vulgus demum prodit anno sequente 1614

AD

IULIANI OPERA

PRÆFATIO.

In qua de IULIANI ipsius, & vniuersæ de gentilium libris; tum de hac noua editione, differitur.

Dionysius Petavius hæc scripsit in editione Parisina a. 1630.



IULIANI Imperatoris, impietate ac perfidia quam rebus cæteris notioris, opera indigna esse Christiani quæ legant, existimabit aliquis, nec nostrum de illis edendis consilium probabit. Sed idem tamen, si ad illum, unde hæc nasci querela potest, pietatis ardorem iudicii paululum addat ac prudentiæ, aliter profecto sentiet; atque ab auctoris inuidia librorum usum utilitatemque secernet. Etenim si ea nunc essent tempora, quibus demonum superstitio adhuc mentes occuparet hominum; cautionis id videri posset, hoc illi qualecunque negare præsidium: nec ea vulgare passim, quæ contumeliis in Christum, & Christianum nomen, adpersa sunt. Sed quum immortalis Dei beneficio, salutiferæque vi Crucis ac virtute, sic illa pridem extincta sit, nihil iam ut ab ea peste metuatur; nulla satis idonea causa superest, cur aduersus hæc monumenta Scriptorum infamium, pertinax bellum & implacabile, ultra capiamus.

Est idem de his libris statuendum, quod de fanis ac simulacris Deorum veteres Christiani decreuerunt. Qui quidem initio, iis in prouinciis, ubi primum efferre se religio Christiana cœperat, templa funditus euertere, conflagrare statuas, ac comminuere solebant: ne quod impietatis vestigium ad tyronum oculos accideret, cuius aspectus recordationem pristini cultus amoremque renouaret. Post vero, constituta Christiana re, quum iam satis corroborati essent ad fidei constantiam animi; utilius visum est, aris ac statuis inde submotis, parietibus templorum tectisque parcere; ut ea Christianis expiata ritibus, veri ad honorem numinis conuerterent. Simulacra

bbb 2

vera

vero & idola non deinceps omnia confregerunt, sed elegantiora quaque reseruarunt & affabre facta: quae in foris locisque publicis exponerent, ad urbium ornatum ac spectaculum. Quae quum intuerentur posterius, meminissent, quantis ipsorum maiores occaecati tenebris fuissent; & eius, a quo inde erant erepti, pluris in se beneficium ducerent.

De fanis idolorum, & quibusdam aliis, non, ut placuerat antea, perdendis, sed ab honore demonum Christianum ad usum applicandis, legitur epistola Gregorii M. ad Mellitum Abbatem, qua id in recenti Anglorum Ecclesia facere tam hunc, quam Augustinum admonet: quos ambos ad importandam populo isti lucem Euangelii, ex Vrbe miserat. Ante Gregorium vero tribus fere saeculis Constantinus magnus Deorum alias alibi statuas, Apollinis autem & Musarum nouem Constantinopolitano in foro constituit: quod in eius vita non sine facti commendatione narrat Eusebius. Post Constantinum deinde Theodosius, Magni & ipse cognomen haud minori, quam iste, iure consecutus, quum idololatriae reliquias acerrimorum edictorum stilo depasceret, tales ex Orci principe manubias eximi, palamque collocari voluit. Quod Alexandriae antistes Theophilus insigniter in ea vrbe fecisse dicitur. Quippe ex innumeris Deorum signis, quae in tripodas aliaque vasa conflare iusserat, unum reseruauit omnino turpius ceteris, quod ad posteritatis memoriam in loco celebri, ac propatulo defixit: Ne gentilibus, inquit, negare vnquam liceat, Deos se tales aliquando coluisse. Ac de illius hoc facto gentilibus adeo displicuisse scribit Socrates lib. V. cap. XVI. ut Ammonius grammaticus, quo praepatore est usus, dicere soleret: Male cum Deorum veneratoribus vna re hac actum esse, quorum ad ludibrium ac dedecus perpetuum id monumentum esset erectum.

Hanc si utilitatem afferre credebantur muta ista Demonum effigies, quae in idololatriae naufragio, velut rostra quaedam nauibus erepta, & in Ecclesiae foro suspensa sunt: si nullum iis publice conspectis fore periculum viri sapientissimi iudicarunt: si non eos spirantis adhuc nec dum restinctae pestis illius propinquitas absterruit, quin utiliter ea seruari, ac palam erigi simulacra putarent, quae quum imbecillitatem suorum & turpitudinem, tum Christi potentiam & gloriam statu ipso & aspectu proderent; dubitabimus quin scriptorum a gentilibus librorum par eademque causa sit: unde nec maior, quam ab idolis, pernicius; & certior, quam ab illis, emolumentum ratio proficiscitur? Nam & Deorum falsitas, & Christianae religionis firmitas atque integritas harum litterarum praconio testata relinquuntur. Licet hoc in IVLIANO nostro praeceteris animaduertere. Hic enim denuo ab inferis excitata & instaurata superstitione gratulans, ac Christianis insultans, multa & pro suis, & aduersus istos mandauit his libris: ex quibus id illum vnice studuisse, & vero sperasse liquet, ut sublata Romano ex orbe Christi memoria, profanorum sacrorum & ubique diffusus & sempiternus cultus existeret. Quam illius praesagitionem ac spem vanam irritamque fuisse quum res ipsa docuerit; tum illa contemni scilicet, & irrisione omnium ludi consequens erit; probari vero amplius nostra; & auctorem sibi Deum minori contentione defendere.

Praeterea veteris Ecclesiae mores, & Christianorum disciplinam eadem IVLIANI scripta continent: quorum ritus & consuetudines, licet inuidens & obtrectans, adeo suspexit: uti dignos iudicaret, quos, si posset, in suas partes imitando transferret. Nam ad suos ille sacerdotes ac pontifices scribens Pontifex ipse maximus, postquam de templorum suorum solitudine, Christianorum autem incremento ac splendore questus est, eius rei causam dissimilibus ambarum sectarum studiis & institutis

tutis non dubitavit adscribere: quod Christiani singularem pauperibus curam ac misericordiam tribuerent: pupillos & viduas alerent: agros ac caussarios fouerent: peregrinos exciperent, quamuis ignotos: mutuam inter se hospitii & officiorum omnium necessitudinem colerent: tum eadem caritate ac beneficentia alienos etiam hostesque comprehenderent. Hinc apud illos amplissima frequentissimaque domicilia, velut pratoria totidem ac basilicæ, quæ ab calamitosis ac miserabilibus inquilinis nomen acceperant; nosocomia, ptochotrophia, orphanotrophia. Hæc in Christianorum cætibus. Apud gentiles vero contraria esse fatetur omnia; immanitatem in suos, superbiam, crudelitatem, barbariem: nullum inter ipsos esse aduenis & hospitibus receptum: contemni egenos & abiici: nulla publice privatimque erga miseros gratuita humanitatis obsequia reperiri. Optare igitur hortarique pergit, ut illa de Christianorum moribus exprimant, æmulenturque sui: tum ut sacerdotes pariatque apud illos loco sint; hoc est honor iis ab omnibus adhibeatur, etiam magistratibus ac præfectis: ut sine maiorum antistitum litteris inferioris ordinis sacerdotes non ambulent: cum illis tam bi, quam cæteri quocunque perrexerint, benigne & humaniter habeantur. In quibus formatarum, & communicatoriarum speciem adumbrare studuit. Addit ad extremum anathematis excommunicationisque larvam: ut qui vehementius deliquerint, pro culpa gravitate constituto tempore ab sacrorum commercio conuictique cæterorum abstineant. Hæc & huius generis alia, priscaurum Ecclesiæ consuetudinum non iniucundam memoriam offerunt; & eo quidem mirabiliorem, quod ab hoste Christianorum, & transfuga de iis ipsis testimonium dicitur.

Accedunt minora illa quidem, sed gratiora quibusdam, quæ ex his libris capiuntur, adiumenta doctrine; quæ ad historiam, antiquitatem, proprietatem sermonis & elegantiam, partesque reliquis attinent eruditionis eius, cui ab humanitate nomen tribuitur. Nam sunt hic aliqua, quæ vel nusquam leguntur alibi; vel plenius, quam ab aliis, nec sine scitu dignissimarum rerum accessione tractantur. De stirpis suæ stemmate quadam nos docet hæctenus ignota. Magnentiænæ tyrannidis & claudis historiam: obsidionis item Nisibena, illustriorem facit haud paucis additis, quæ Zosimus ideo a se prætermissa scribit, quod ea IVLIANVS Caesar peculiaribus iam scriptis occupasset. Quibus verbis ad priores duas panegyricas respexit, in quibus res a Constantio gestas pene historico more descripsit. Iam de prima IVLIANI ipsius ætate, & educatione, primordiis, incrementis, ac reliquis omnibus, quæ ad priora illius tempora spectant: totam illam Galliarum administrationem: bellaque contra barbaros ab eo fortiter gesta: summum eidem delatum a militibus imperium: belli denique contra Constantium apparatus, nemo diligentius, quam ipsemet, epistola eâ complexus est, quam ad S. P. Q. Atheniensem, viuo adhuc Constantio scripsit. Quod ex fonte Zosimus, Libanius, ac cæteri, qui IVLIANI acta celebrarunt litteris, sic hausisse profitentur; ut se multa præterisse significant, quæ ex eodem actore rerum ac scriptore iubent repetere. Tot itaque litterarum subsidia comparamus hominibus nostris, dum IVLIANI, nefarii sane principis ac scelerati, sed docti ac disertis, & ad multarum rerum notitiam utilis, immo necessarii, plenam copiam noua hac editione facimus.

Ac si genere de ipso gentiliū librorum auctoritate res agitur; ut quid sequi Christianos oporteat, magnorum virorum exemplo doceamus; est in IVLIANI actis & historia memorabile imprimis & illustre, quod non paucorum antiquis e Patribus, sed Ecclesiæ pene totius iudicium quale fuerit ostendit. Quum enim gentiles legi Chri-

stianorum in scholis IULIANVS edicto vetuisset; grauiter hoc & acerbè tulisse. florem omnem tempore illo sanctitatis & eruditionis accepimus: nec dubitasse, quin hæc una plaga Christiana rei atrox ac uehemens esset illata. Deplorauit hoc præ cæteris Gregorius Nazianzenus, vir non solum pietate præstans, sed etiam doctrinarum studiis excultus omnium, præcipue diuinarum; quarum ab excellenti scientia Theologi nomen inuenit. Hic priore in IULIANVM inuectiua decretum illud, quod vocat, ἀλογία, totis eloquentiæ, qua plurimum ualet, uiribus infectatur, auctoriq; suo exprobrat: nec illud solum, ut inhumanum & crudele per sese; sed ut Ecclesiæ perniciosum execratur ac pestiferum. Fecerunt idem, quod Gregorius, & alii ingenii ac sanctimonie laude celebres: & hoc amplius; ut hanc litterarum calamitatem utcunque pensarent, multa & ipsi gentilium ueterum imitatione scripserunt, & eodem, qui in illis appetitur, lepore sermonis ac uenustate condita. Atqui si ab ethnicis scriptoribus adeo magnum in Christianos redundaret periculum; nec iis detractis tantum esse querelarum debuit; nec illa rei uollius iactura potius, quam commoditas ducenda fuit: minime omnium certe, quomodo ista supplerent ac sarcirent, curare illos oportuit.

Ut ad IULIANI nostri editionem reuertar, huius ea uel excusatio uel commendatio ualere sola debet, quæ ab librorum eruditione elegantiaque sumitur; non illa tolerari quorundam, qui eius, a quo profecti sunt, laudandis uirtutibus uendibiliorem operam suam facere student.

Petrus Aeneas p. 16 Quo in genere postremus editor IULIANI Caesarum nimis temere; ne quid asperius dicam, quod dici profecto potest; qui sic ornare IULIANVM laudibus est ausus, ut non solum supra meritum efferret, sed eam laudationem cum sanctorum Patrum uituperatione, ac Christiani nominis iniuria, coniungeret. Nam in Praefatione, quam initio libelli de IULIANO bene longam explicat, ueteres illos ait studio partium occæcatos, & perquam acerbos fuisse. Accidisse enim asserit, ut quum de iis, qui olim uixere, principibus iudicium fertur, multum nos decipiat ueterum quorundam, quos in Ecclesia Dei claros atque illustres fuisse scimus, auctoritas. Tum interiectis quibusdam: Itaque quibus infensi erant, eos, per se magnos sane & pene in cælo positos, trahebant ad inferos; & aliis rursus, quos ornandos censuerunt, licet immerentibus, tantas laudes admensi sunt, uti posteritas uirtutes eorum, quæ uix mediocres sunt, suspiciat, & lapidem e sepulcro ueneretur pro Deo. Pergit deinde, & Constantino IULIANVM opponit; e quibus illum ait, multa fecisse turpia: IULIANVM uero, longe scilicet eo præstantiorem, nequaquam pro dignitate ab illis sanctissimis Patribus habitum fuisse. Verba Praefationis: IULIANVM uero, laudatissimum principem, quem natura omnibus ornatum rebus excellere uoluerat, tam indignis modis traduxere, uti iam illius nomen toti mortalitati res sit inuisa atque detestabilis. Rursus: Equidem ego quoties mecum agitabam, qualem quantumque esse oporteret, qui summum inter homines teneret fastigium; subiit animum meum IULIANI ueneratio, maiorque in eo atque altior spiritus esse uidebatur, quam uti cum cætera Imperatorum plebe cogi in ordinem posset. Subiicit de animi magnitudine, ac rerum humanarum despicientia; quod a militibus oblatum imperium agre scilicet & coactus acceperit. Mox ista: Quanquam nos hercle non uitæ, sed gloriæ, spatium metiri illum decet, quem & belli usus iam tunc formidabilem hostibus, & pacis artes cunctis, non dicam ciui-

bus, sed mortalium sæculis, fecere venerandum. *Tanta tamque invidiosa detestandi Apostata prædicatio digna Libanio aliquo est, vel Eunapio, vel Zosimo: Christiano vero homine nequaquam digna, neque his temporibus ferenda.* Subiisse dicit animum suum IVLIANI venerationem: tum, eundem sæculis omnibus esse venerandum. De se, animoque suo, sane viderit: Christianis quidem omnibus sæculis fuit eritque semper execranda IVLIANI memoria; quam nemo, nisi qui Christum negasset, venerationi sibi esse dixit.

Ad hunc ipsum, de quo agimus, Imperatorem supplices olim venerere Donatista, cum libello, in quo id erat positum: solam iustitiam apud eum habere locum. Hoc illorum dictum nactus Augustinus, ut exagitat! ut illudit! ut exprobrat! ut Christianos non decere significat! Atqui est ista sane mediocris vnius iustitiæ laus, quam Apostata Imperatori tribui Augustinus non patitur. Quid igitur de illa non iustitiæ, sed omnium virtutum, prædicatione diceret, quarum solidam possessionem IVLIANO Præfationis auctor addixit? Sequitur enim: Noster, quod paucis fuit quodam Deorum munere concessum, virtutes dispares prudentia iunxit. Impura vox, Deorum munere vel ulli concessas virtutes, vel IVLIANO concessas dicere. Quid deinde? Hic quum in solidam, ait, virtutis possessionem primis adhuc annis & lubrico ætatis missus esset, animum semper supra fortunæ indulgentiam gessit. At unde, quæso, de tot illi tantisque IVLIANI virtutibus constat? Non, opinor, aliunde, quam ex ipsius de se IVLIANI testimonio, vel eorum, quos paullo ante retuli; Ethnicorum certe, qui pro amore in illum suo, in Christianis odio ac liuore, de eo sunt multa mentiti. At scriptor Præfationis domesticos istos suspectosque testes Latinis Græcisque Patribus anteponebat omnibus; & hos etiam imprudentiæ imperitiæque condemnat. Nam sic demum loquitur: Fuit profecto, fuit Græcorum quorundam, qui ea tempestate Ecclesiam rexere, magna imprudentia. Etenim uti causæ suæ seruirent, principem Christianis infestum lacebant, quem tolerare satius fuisset. Sunt in hominum manibus orationes eorum, in quibus, tanquam in scena, palam eum omnibus ludibrium fecere, & faciem illius, formamque corporis, atque gestus, tum alia fortuita, quæ vulgus & imperitissimus quisque notat, traxerunt in culpam. Qui viri si meminissent temporum, quibus nati erant, sane necessitati, quæ pertinax regnum tenet, sine contumacia paruissent, &, quod magnæ prudentiæ est, obsequio mitigassent imperia. Hæc ille non solum imprudenter talibus de viris, sed etiam imperite. Etenim Græci illi Patres, quos imprudentiæ arguit, quorumque contra IVLIANVM extare orationes asserit, sunt omnino duo: Gregorius Nazianzenus, & Cyrillus; quorum alter haud paucis post IVLIANI obitum annis vixit, ac scripsit; alter aequalis quidem fuit illius, sed eo mortuo ἠλιεύθησιν illos duos conscripsit. Ex quibus, cæterisque fide dignioribus, liquet, fuisse Imperatorem istum multis verisque vitiis præditum; virtutem vero solidam habuisse nullam, sed nonnullarum imaginem adumbrasse, fucis & colore verarum ad speciem extrinsecus obductam: non solum quod qualescunque illos ad honestatem impetus una turpissima perfidiæ & apostasiæ labes inquinavit; sed etiam quod ad fastum & ambitionem omnia, nihil decori & honesti causæ faciebat. Quocirca quæ de IVLIANI laudibus in illa Præfatione dicuntur, in ornandum Antichristum non minori iure conferri poterunt, in quo multa perinde maximarum erunt simulacra virtutum.

Sed de IULIANI moribus hic agere non est otii ac propositi nostri. Nam haec pauca, quae contra Praefationem istam disserui, Christiana a me religionis studium, ac meus in sanctissimos Patres amor & cultus expresit.

Nunc, ut quae sunt propria partes proœmii huius absoluam; de hac editione nostra quae te scire volumus, candidè & erudite Lector, paucis accipe. Habes in ea IULIANI, quae vel edita sunt, vel ex bibliothecis ac scriptis codicibus excipi potuerunt, monumenta omnia. Ex his quae ante vulgata fuerant, multis emendatiora locis, quaedam etiam auctiora, protulimus; reliqua partim e Christianissimi Regis bibliotheca, partim ex Londinensi deprompta sunt. Ex hac descriptas Orationes accepimus; quintam, quae est in Deorum Matrem, & sextam, aduersus imperitos canes: tum epistolam ad S. P. Q. Atheniensem: item epistolas ad Iamblichum duas, LX, & LXI, una cum LXII. accessit orationis tertiae postrema pars: cum variis lectionibus quarta; qui est hymnus in Solem. Qui quidem ex illis ita castigatus est, ut quum propter horrendam deprauationem legi absque fastidio vix posset, intelligi autem nullo modo posset; non solum a nobis intelligi, sed etiam Latine verti potuerit. Haec omnia Londinensi ex bibliotheca misit ad nos Patricius Iunius, quae totidem in manuscriptis codicibus bibliothecae Christianissimi Regis inuenimus; unde & caetera, quae nondum publice erant edita, prodierunt.

In Latina interpretatione librorum illorum, qui in vulgus haecenus extabant, nihil admodum immutauimus, quamuis aliqua mendose reddita videbantur; quorum in Notis quadam obseruata sunt. Id eo monui, ne aliena nobis errata tribuant Soliniani Telchines; qui nihil norunt, nisi de nocte contra Solem

meiere. Vale, candidè & erudite Lector, & hoc nostro labore fruere.



DIONYSII PETAVII
e Societate IESV,

N O T A E

AD IVLIANI IMPERATORIS
O P E R A.

AD ORATIONEM I.



Panegyricus iste Constantio Imperatori tum, ut apparet, dictus est, quum profligatis Tyrannis, pacatoque imperio, solus rerum potitus est. In quo quidem scholastico illo ac laudatorio genere ita eum Iulianus prædicat, ut a maioribus primum, a parentibus, a patria commendet: inde ab rebus præclare ac cum laude susceptis. Inter quas nobilis illa est aduersus Persas expeditio, liberataque ab obsidione Nisibis: nec non præclara de utroque tyranno victoria: quorum alter eloquentiæ vi, atque oratione superatus, alter militaribus copiis, ac vi armorum expugnatus est. Secundum quæ ab egregiis & illustribus ornamentis animi ac virtutibus eum collaudat. Huius orationis initium imitatus est Libanius Orat. in Consul. Iuliani.

Pag. 1. τῆς μὲν λόγῳ) Vetricionem & Magnentium intelligit. Quorum ille sine vi atque armis redactus in ordinem; hic bello profligatus est. Zosimus lib. 2. Nazianzenus in Steliteut. I. ubi in Constantij laudes oratorio impetu stilum effundit, de iis ipsis tyrannis agens: καὶ τὰς οἴκοι τυραννῶν χειρᾶμεν, τὰς μὲν τοῖς λόγοις, τὰς δὲ τοῖς ὅπλοις. καὶ τῶν ἐκείνων ὡς μηδὲν ὑπὸ τῶν ἑτέρων διοχλάμεν. Et domesticos tyrannos potestati suæ subiiciens, alios quidem oratione, alios armis; & ita unumquemque superans, quasi nihil molestiæ alter inferret.

Pag. 5. C. lin. 10. ἔκδεν ὡς τεύσσα τὴν σὴν μητέρα) Faustam nimirum Maximiani Herculii filiam. De qua Panegyricus Maximiano & Constantino dictus. Hanc Constantinus ob Crispi filii necem, ab ea procuratam, e medio sustulit anno CCCXXVII. At Zosimus lib. 2. alia ex coniuge, quam ex Fausta, susceptum esse Constantium diserte scribit. Quæ nimirum vxor ob adulterii suspicionem a Constantino interfecta sit. Sic enim de Constantini tribus filiis paterni Imperii hæredibus narrat: ἐτέχθησαν δὲ ἔτοι ἐκ ἀπὸ Φάουσης τῆς Ἐρικλίας Μαξιμιανῆ θυγατρὸς, ἀλλ' ἐξ ἄλλης. ἢ μοιχείας ἐπαγαγὼν μέμψιν, ἀπέκλεινε. Sed errat sane scriptor iste, & cæterorum omnium consensione refellitur. Illud enim constat, quæ Constantini iussu necata est, eam Faustam appellatam fuisse. At nullam aliam eiusdem nominis, præter Maximiani filiam, duxisse Constantinum re-

perimus. Quin Iulianus hac oratione perspicue e Maximiani filia natum indicat Imperatorem Constantium.

Ibid. D. lin. 4. 5. γερονέναι δὲ ὑπὸ τῶν πατρῶν) Plura ad eam rem Themistius Orat. 13.

Ibid. D. lin. 8. Ἰλλυριοὶ δὲ, ὅτι παρ' αὐτοῖς) Zosimus lib. 2. Arelate editum in lucem Constantium asserit. Sed pro Κωνσταντίου apud eundem Κωνσταντῖον legere oportet: quum hunc ipsum dicat paucos ante dies natum cum Crispo ac Liciniano, Licinii filio, Cæsarem esse factum. Quod sine dubio ad Constantinum pertinet, qui secundus a Crispo Constantini Imperatoris filius extitit. Quare Constantius merito in Illyrico natus esse dicitur: vnde & plerique Imperatores ortum acceperunt, ipseque adeo Constantii avus Iulius Constantius, & Diocletianus, ac Maximiani ambo, Herculius & Galerius: Aurelius Victor, Eutropius.

Pag. 6. A. lin. 4. αὐτοὶ γὰρ Φασὶ τὴν τήθην) Eutropium Syram Maximiani Herculi conjugem. Ex qua Maxentium & Faustam sustulit, Constantini uxorem: Aurelius Victor.

Ibid. A. lin. 8. ἐκ παντὸς ἐγνώκεσαν) Forte ἐγνώκασιν.

Ibid. D. lin. 7. Κλαυδῖς μνησθέντα) Claudii Imperatoris ex filia nepotem fuisse Constantium Chlorum, Constantini patrem, narrat Eutropius lib. 9, Zonaras & Cedrenus. At Trebellius Pollio in Claudio, ipsi Claudio liberos nullos fuisse memorat; sed ex fratris eiusdem Crispi filia Claudia, & Eutropio, nobilissimo gentis Dardanæ viro, Constantium Cæsarem esse genitum.

Ibid. D. lin. 10. πρὸς τὰς ὑπὲρ τὸν Ἰστρον) Memorabilem illam Barbarorum eruptionem attingit, quæ Claudio imperante facta est: quum Scytharum diversi populi, infinita multitudine (cccxx millia erant, ac navium duo millia) Græciam ac finitimas prouincias depopulati sunt. De his Trebellius Pollio, Zosimus, &c.

Pag. 7. A. lin. 3. Ἐπὶ τῶν εἰκόνων ὀρωμένην ἔτι) Synesius Orat. de Regno, de eiusmodi Imperatoribus loquens, ἅς ἐν ταῖς εἰκόσι, αἰτ, θεώμενα γελᾷ τὰ μετέρακια, καὶ ἔδὲ ὁ γέρον δῆμι ἐύλυχεῖς ἠγῶνται γερονέναι. Quos in imaginibus intuentes adolescentes irrident; plebei vero grandiores natu ne fortunatos quidem putant fuisse.

Ibid. A. lin. 4. Τὰ δὲ ὑπὲρ τῶν πάππων) Maximianum Herculium, & Constantium Chlorum innuit. Etenim ille, vt proxime dictum est, Faustam Constantino filiam uxorem dedit. Quod vero ambo illi aui a Diocletiano in imperium adsciti fuisse memorantur, sic accipe: vt solus quidem Maximianus Augustus atque Imperator sit factus; Constantius vero, & Galerius Maximianus Armentarius, Cæsares duntaxat appellati: itaque in Vet. Inscriptione. Apposite hunc ad locum Aurelius Victor: Sed horum, inquit, concordia maxime edocuit; virtuti ingenium, ususque bona militia, quanta bis Aureliani Probique institutio fuit, peressat esse. Denique Valerium, vt parentem, seu Dei magni suspiciebant modo. Quibus postremis verbis ad Iouii cognomen alludit. Sed pro institutio, institutione, forsitan legendum est.

Ibid. D. lin. 5. 6. Τὴν μὲν ἐν βασιλείαν) De militari illo suffragio Eumenius Paneg. Illico exim atque ille terris fuerat exemptus, vniuersus in te confedit exercitus: te omnium mentes oculique signarunt. Mox: Purpuram statim tibi, quum primus copiam tui fecit egressus, milites utilitati publicæ magis, quam tuis affectibus seruientes, iniecere lacrymanti. Hoc vero in Britannia insula contigit. Itaque subiicit: O fortunata, & nunc omnibus beatior terris Britannia, quæ Constantinum Cæsarem prima vidisti! Quare auctor Panegyrici in Maximianum & Constantinum,

tinum; quum de Constantio & Constantino sic loquitur: *Liberavit ille Britanniam seruitute, tu etiam nobiles illic oriendo fecisti*; non de natiuitate ipsa, sed de imperii primordio intelligendus est, quemadmodum initio dixerat: *Constantine oriens Imperator*.

Pag. 8. A. lin. 6. τῆς περὶ τὰς δωρεάς) Adeo ut tanquam profusus notetur, sed ab æmulis & obtrectatoribus, Zosimo, & hoc Iuliano in Cæsaribus.

Ibid. B. lin. 9. πόλιν τε ἐπώνυμον) Constantinopolim decem annis exædificatam haud temere scribit, qui hoc ignorare minime potuit, Iulianus. Atqui anno Christi cccxxx absoluta est, quo & dedicata fuit; ut Idatius & Alexandr. Chron. post Eusebianum Chronic. memoriæ prodiderunt. Ante biennium autem inchoatam, Ianuario & Iusto Coss. idem Chronicon refert. Atque ut ante annos decem id esse factum ex Iuliani loco isto putemus; necesse est annum Christi circiter cccxx, vel sequentem, designemus. Neutro autem potuit: adeoque non ante cccxxiv; quo, victo Licinio, Byzantium in Constantini potestatem venit. Non dubium est, quin anno cccxxviii cœpta sit ædificari Constantinopolis, a quo ad Constantini mortem anni sunt ἔχ ὅλοι δέκα, ut loquitur Iulianus. Biennio itaque promotæ est vrbis exædificatio, sic ut incolæ ac frequentari potuerit: reliquo tempore absoluta est, ac perpolitæ. Hæc Iuliani mens fuit.

Ibid. B. lin. 11. τοσάτω τῶν ἄλλων) Suidas hoc Constantinopolitanæ vrbis elogium hinc descripsit, auctoris, ut solet, nomine suppresso.

Ibid. C. lin. 9. σοφιστῶν ἐκείνων ἡξίς) Desitis iam Archontibus, aut eorum potestate iam oblitterata, Athenis σοφιστοὶ fuerunt. Vide Meursium lib. I. de Archontibus cap. 9. De eodem Magistratu, & usurpatione vocis illius in hac formula ἐπὶ ἀρχοντῶν ἔδεινα disputauimus, in velitatione nostra aduersus Plinianum Exercitatorum, cuius puerilem hoc in genere errorem exagitauimus.

Pag. 9. D. lin. 1. ὧν ὁ μὲν τις τῶν πατέρων) Nullum ad alium, quam Constantinum, conuenire istud potest, si de Faustæ Φύσεσιν liberis capiendum est; quorum ille natu maximus. Cæterum ne in eum quidem quadrat. Qui enim potuit hic cum patre bellum aduersus Tyrannos gerere; quum Licinius Tyrannorum postremus anno cccxxiv victus sit; Constantinus vero anno Christi cccxxvii in lucem editus, si quid Zosimo credendum est? Hic enim pace inter Licinium & Constantinum Imperatores stabilita, Crispum ait, & Constantinum, ac Licinianum Licinii filium Cæsares appellatos. καὶ Κωνσταντῖνον ἔπειθ' πολλῶν ἡμερῶν ἐν Ἀρελάτῳ τῇ πόλει τεχθέντα. Sic enim restituendum puto, pro eo quod male vulgo Κωνσταντῖνον scribitur. Qui non Arelate, sed apud Illyricos natus est: ut paulo ante Noster meminit. Accedit & Aurelius Victor, qui hoc ipsum narrat his verbis: *Adscitique imperio Cæsares communes liberi, Crispus, Constantinusque Flauio geniti, Licinianus Licinio*. Cæterum de Crispo loqui Iulianum hoc loco nihil prohibere videtur aliud, quam quod hic ex alia coniuge, quam Faustæ, susceptus est; Mineruina scilicet. Verum ut matris nomen pro nouerca etiam vsurpes, facile hoc ad eundem illum referetur, qui, auctore Eusebio, aduersus Licinium vna cum parente bellum administravit.

Ibid. D. lin. 3. ὁ δὲ τὴν πρὸς τὰς Γέτας) Vide quæ ad annum Christi cccxxxii ex Anonymo, & Idatio, notauimus in Chronico nostro. Hæc igitur ad Constantinum iuniorem referenda sunt: proxima Constantem indicant: qui imperium suum contra barbaros, præsertimque Francos, tutatus est; & a Magnentio tyranno est oppressus, anno Christi ccccl.

Pag. 10. A. lin. 3. ὡς ὅτι τῶν μὲν) Legendum ἀπόγονοι, & ἔκγονοι.

Ibid. B. lin. 5. τῆς ἡμετέρας οἰκιστῆ πόλεως) Romuli, qui a lupa nutritus.

Ibid. D. lin. 3. τῆ τῶν λόγων) Scribendum coniecimus νόμων. quod ex pag. 16. confirmatur.

Ibid. D. lin. ult. τὴν θρυλλισμένην εὐεξίαν) In priorī editione nostra corrupta lectio non integram nobis interpretationem expressebat. Vtramque ex MS. codicibus castigauimus. Docet igitur, aliam principis educationem esse oportere, quam pugilis vel athletæ: cuiusmodi homines saginari, minimeque probatum medicis ad corporis habitum, exacto morosoque cultu, perducī solebant. Hinc eleganter apud Eusebium lib. 5. προπαρασι. Oenomaus Cynicus ἀνδρας πεφαινευμένους vocat: hoc est *altiles*; vt recte P. Vigerus in nouissima editione reddit. ἔς οἱ θεοὶ φιλοῦσιν ἔχ ἤπρον, ἢ ἔς οἱ ἀλφιλοποιοὶ πιαίνουσι βῆς. Quos Dii non minus amant, quam qui a molitoribus saginantur boues. Huic porro Iuliani loco geminum est quod Plutarchus initio Philopœm. differit; vbi athleticum vitæ exercitationisque genus cum militari confert.

Pag. 11. A. lin. 10. χορείαν τὴν ἐν τοῖς ὅπλοις) Recte. Nam & Pyrricha saltatio militaris genus exercitationis fuit. Ammian. lib. 16. de hoc nostro Iuliano: *Quum exercere praeludia disciplina castrensis cogeretur, vt princeps; artemque modulatus incedendi per Pyrricham concinentibus doceret fistulis.* Ita & Narses milites suos exercebat apud Agathiam lib. 2. De cursu autem, quod alterum genus exercitationis fuit, vide Veget. lib. 2.

Ibid. D. lin. 5. καθάπερ ὁ γενναῖος ἠξίωσε Πλάτων) lib. 5. de Rep.

Pag. 12. D. lin. 10. 11. Ἀλλὰ τὸν μὲν ἐκ ἐβασίλευσε) Scio βασιλεύειν transitiue nonnunquam vsurpari, vt apud Greg. Nazianz. in Stelit. 1. sed difficile est ad huius loci accommodare sententiam. Itaque mendii iure suspectus est: & apparet ὧν ἐβασίλευε legendum cum aliis, quæ in interpretatione Latina probabiliter expressimus.

Pag. 14. A. lin. 2. τὴν γεροσσίαν) Cor. τὴν αἰρεσίαν. atque ita sententia postulat.

Ibid. B. lin. 7. Ουτε τῶν βαρβάρων) Polyb. lib. 6. καὶ γὰρ βασιλεῖς ἦσαν παρ' αὐτοῖς, καὶ τὸ γερόντιον εἶχε τὴν αἰρετοκρατορικὴν ἐξουσίαν, καὶ τὸ πλῆθος ἦν κύριον τῶν καθηκόντων αὐτῶν. καθόλου δὲ τὴν τῶν ὅλων ἀρμογὴν εἶχε παραπλησίαν τῇ Ῥωμαίων τε, καὶ Λακεδαιμονίων. vide & Aristot. lib. 2. Politicon cap. 11.

Pag. 15. A. lin. 3. ἐντεκεῖν ὑπεροψίαν) Deest πέφυκε, vel simile quidpiam.

Pag. 16. B. lin. 5. ἐνδεέστερον μὲν αὐτός) Sane idem & Themist. Orat. 13. confirmat: Τὸ δὲ ἀπάντων ἐρωτικώτατον τε, καὶ ἐμπυρώτατον, ὅτι ἦκιστα αὐτὸς τρυφῶν, χορηγεῖ τῇ πόλει τρυφῆς ἀφθονίαν, καὶ τὴν εὐαυτῆ ψυχὴν ἀποκλείων ταῖς ἡδοναῖς, συναλίζει ἡμῖν τὰς νομίμους ἀπανταχόθεν.

Ibid. C. lin. 11. πολὺ δὲ πλεον τῷ μόνος) Mortuus iam erat Constantinus, quum ad eum Constantius peruenit. Sed illius obitus vsque in huius aduentum celatus est. Ruffinus lib. 1. cap. 11. Socrates lib. 1. cap. 39. At de honoribus ab eo parenti habitis adi Euseb. Encom. Constant.

Ibid. D. lin. 5. ὑπὲρ ὧν ἐξ ἀρχῆς) Scribe ἐξαρκεῖ.

Pag. 17. A. lin. 2. 3. πλὴν εἶπε βιασθεῖς) Callide & adulatorie Constantii parricidia dissimulat & excusat; qui mortuo patre Constantium patrum, inde Dalmatium Cæsarem, & Optatum Patritium, atque Ablauium Præfectum Prætorio, per milites necauit: nec non & Anaballianum, quum milites subiecisset, qui vociferarentur, nullius se alterius, quam Constantini filiorum imperium pati posse. Zosimus lib. 2. Quæ omnia inuito Constantio a militibus patrata hic Iulianus innuit. At in Epistola ad Sen. & Pop. Atheniens. p. 270. seq. longe aliter sentit, dicitque vero ἐτέρως ἐξαμαρ-

Ibid. B. lin. 2. τῆς ἰσησθείας) Forte ἀεσησθείας, aut, quod magis arripet, ἰσησθείας. Ibid.

Ibid. B. lin. 6. ἐνδεής δόξαι) Forte δόξαι.

Ibid. C. lin. 10. ὡς ἐκείνον ἢ θούλο τελελευτήκοτα) Hic ἀνισορήτως multa confundit. Primum post Alexandri mortem Persas ait defecisse. Quod ut de Persis falsum est: ita Parthos constat anno demum ab Alexandri morte quarto & septuagesimo defecisse, Arsace duce, imperante Antiocho Θεῶ. Tum horum imperium annos circiter CCCCLXXXII tenuit, usque ad duodecimum Alexandri Mammææ F. qui incidit in Christi CCXXXIII. quando Artaxerxes, interfecto Artabano Parthorum rege, Persicum imperium longo intervallo renouavit. At Iulianus Persas promiscue cum Parthis habuit. Quod interdum Græci scriptores solent. Sane Chrysofostomus sæpenumero Persas pro Chaldæis, & Orientalibus aliis, vsurpat.

Ibid. D. lin. vlt. Ἐκαιεῖ πρῶξων) Coniiciebam haud temere scribendum Κάρεξ. Carus enim Imperator multa contra Persas fortiter gessit. Nam, ut refert Vopiscus, aduersus eos profectus, nullo sibi occurrente, Mesopotamiam cepit, & ad Ctesiphontem usque peruenit, occupatisque Persis domestica seditione, Imperatoris Persici nomen meruit. Idem & Eutropius narrat, & Aurelius Victor. Porro verba illa, quæ parenthesi inclusa sunt p. 18. A. lin. 1 & 2. ex Henr. Steph. codice suppleuimus: quæ si germana sunt, tum probabilius sit pro Κάρεξ legendum Ὀδενάτξ, qui post Valeriani cladem pro Romanorum duce se gerens multa strenue contra Persas edidit. Trebell.

Pag. 18. A. lin. 2. ἀλλ' οἱ τὴν θαυμασὴν) Diocletianum & Galerium Maximianum Cæsarem innuit. Quorum hic primo a Persis victus ad Diocletianum rediit. Cui quum in itinere occurrisset, tanta ab eo arrogantia est exceptus, ut per aliquot passuum millia ad vehiculum cucurrerit. Mox tamen per Illyricum Mœsiamque contractis copiis, rursus cum Narseo pugnavit ingenti successu. Quare a Diocletiano, in Mesopotamia cum præsidiis tum morante, ingenti honore susceptus est. Hæc fere Eutrop. lib. 9. & Zonaras. Qui addit, Persas legatos ad Diocletianum, & Galerium misisse, ab iisque pacem iniquis conditionibus impetrasse.

Ibid. B. lin. 4. θεῖον ἔπαλός) In ipsa contra Persas expeditione mortuus est Constantinus, quum Soteropolin, siue Pythiam, delatus esset; ibique toxicum a fratribus accepisset. Vnde Nicomediam translatus in ea vrbe periit. Aurelius Victor.

Ibid. D. lin. 4. τὸν μὲν παλαιὸν σφῶν) Forte ἐκβοῶντων, & ἐβελόντων.

Pag. 19. D. lin. 1. ὡς καλῶς μὲν) Manca oratio: quæ expleri possit his, aut similibus voculis: καλῶς μὲν, ἀλυσίτελῶς δὲ τῆτοπεποίηκε. ἀλυσίτελές μὲν γάρ, &c.

Pag. 23. A. lin. 11. τὸν πρὸ τῶν Σιγγάρων) De hoc Singarensi prælio vide Eutropium, & imprimis Sextum Rufum. Contigit anno Christi CCCXLVIII, Philippo & Salia Coss. Hieron.

Pag. 24. C. lin. 7. γενόμενοι δὲ εἶσω) Sextus Rufus præ reliquis omnibus accurate hanc historiam explicat: quem omnino consule. Ex hoc enim corrigenda nostra versio est, & negatio delenda. Quippe Constantii milites siti confecti, quum sub vesperam in hostium munitiones irrupissent, ac paullo se incautius ad aquandum effudissent, ab hoste cladem acceperunt.

Pag. 27. B. lin. 4. 5. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς πολιορκίαν) Hæc Nisibenæ obsidionis historia acuto ac perattento lectore opus habet. Nam ex ea Chronicorum & Annalium ratiocinia castigari dirigique debent.

Hieronymus in Supplemento Eusebiani Chronici, ad annum proximum a morte Constantini Magni, qui primus est trium eius liberorum, hæc annotat: Sapor rex Persarum, Mesopotamia vastata, duobus ferme mensibus, Nisibin obsidet. Mox: Iacobus Nisibenus agnoscitur: ad cuius preces sæpe vrbs discrimine liberata est. Theodoretus in Philotheo, S. Iacobi gesta percensens, obsidionis illius meminit; quæ statim

post Constantini obitum secuta est, quum Sapores illius liberos, tanquam imbecillos, contemneret. In eadem porro scribit ea contigisse omnia, quae hic a Iuliano referuntur: & inter caetera, praeterfluentis fluvii cursum aggeribus repressum: inde quum maiorem in modum collectis aquis intumuisset, interruptis molibus, magno cum impetu in muros emissum. Addit & culicum agmina diuini viri precibus in hostes immissa: nec non Imperatoris habitu quendam pro muris a Barbaro conspectum: quod ille miratus, eos, qui abesse Romanorum Imperatorem dixissent, & obsidionis illius auctores fuissent, capitali supplicio affecit. Idem vero Theodoretus lib. 2. Hist. Eccles. cap. 30. hanc ipsam obsessam, atque a S. Iacobo seruatae, Nisibis historiam latius profertur: ubi & ad ea, quae in Philotheo scripserat, lectorem remittit. Refert autem, Saporem septuaginta diebus in ea obsidione consumptis, & inhibito flumine, ac mox in muros immisso, falsum spe sua domum rediisse. Sed quod ad annum attinet obsidionis, a seipso discrepat. Non enim subinde post Constantini obitum, atque in ipso Constantii exordio, ut in Philotheo; sed diu postea contigisse demonstrat: nimirum post Ariminense & Seleuciense conciliabula; quae anno Christi ccclix, Constantii xxiii, celebrata sunt, ac post Antiochenam sedem ab Eudoxio per vim occupatam, rescriptumque Constantii ad Antiochenos contra eundem Eudoxium editum: quod anno antecedente, Christi ccclviii accidit. Demum Antiochiae per idem tempus, quo Nisibis obsidebatur, fuisse Constantium indicat Theodoretus cap. 31. At Theophanes anno a Constantini morte proximo Nisibenam illam obsidionem perscribit, quae Lxiii diebus tenuit, & S. Iacobi precibus in irritum cecidit: neque culicum, ac caeterarum rerum, mentionem facit.

Zosimus lib. 3. de obsidione Nisibis agit, eius historiam a Iuliano ipso memoriae proditam asserit, indeque lectorem petere iubet. Hanc autem accidisse scribit quum iam Caesar esset Iulianus; postque Francos Salios, & Quados ab eo domitos; quum etiam paratis in Occidente rebus, Constantius in Oriente esset, ac totus in Persicum bellum incumberet. Itaque anno ccclix, vel ccclx potius id euenerit, quando Persis Romani imperii fines incurfantibus, Constantius Iuliani gloriae inuidens, Celticas duas legiones e Gallis exciuit. Quae res, militari seditione concitata, Iuliano viam ad imperium vsurpandum muniit.

Cum horum Scriptorum narrationibus conferamus ea modo, quae Iulianus ipse hac oratione scripsit. Ita multa multorum errata patefaciemus, & huic historiae, quae hactenus ignota fuit, lucem dabimus. Omnium primo testis est Iulianus, allato nuncio de Constantis nece, & Magnentii ac Vetranionis tyrannide, Constantium munitis Syriae oppidis in Occidentem esse profectum. Persas vero in eam occasionem intentos, occupato ciuilibus & occidentalibus bellis Imperatore, Nisibin aggressos esse, in qua menses quatuor exegerunt. Haec obsidio non alia est ab ea, quam Theodoretus refert. Nam & retentum flumen magno deinde cum impetu mœnibus illisum esse scribit; & de machinis, ac caeteris, eadem fere percenset. Annus vero indicatur a Iuliano Christi cccl, quo allata Constantis nece, Constantius in Occidentem profectus est. Triplex ergo tempus ex historicorum illorum, quos testes citauimus, comparatione colligitur: nempe annus cccxxxviii, cccl & ccclx, qui omnes eidem obsidioni praefiniuntur. Mihi non dubium est, quin Theodoretus & Zosimus grauissime aberrarint, atque ex hac Iuliani narratione corrigendi sint. Sic igitur habeto: Nisibin saepius a Persis obsessam, atque a S. Iacobo propugnata fuisse, ut indicat Hieronymus. Ter obsessam esse Rufus affirmat. Duæ porro praeter caeteris insignes obsidiones fuerunt. Prior statim post Con-

Constantini obitum contigit, cuius meminit Hieronymus & Theophanes: quæ duobus fere mensibus tenuit. Posterior absente Constantio, & in Occidentem contra tyrannos profecto, anno CCCL, quam Iulianus & Theodoretus describunt; meminit vero Zosimus. Has duas obsidiones in vnam eandemque conflavit Theodoretus; & Zosimi præterea errorem secutus est in eo, quod posterioris ac celeberrimæ tempus pluribus annis tardius consignavit. Nam obsidio illa, quam hic Iulianus exponit, & quam Zosimus ac Theodoretus in animo habuerunt, anno CCCL tribuenda est; antequam non modo Iulianus, sed ne Gallus quidem eius frater, Cæsar esset. Quare mirum non est si Ammianus Marcellinus, diligens & accuratus illorum temporum historicus, nullam obsidionis illius mentionem fecerit, quum priores historiæ illius libri perierint. Ex iis castigandi sunt Annales, & Chronici libri, adeoque noster, quatenus anno CCCXXXVIII, quum Nisibenam obsidionem adscriberemus, Theodoretum aliosque secuti, ad idem saxum offendimus. Hæc vero Iuliani oratio tanto eruditis & historiæ studiosis esse debet acceptior, cuius ope factum est, noua vt huius historiæ ratio, & hætenus ignota, constaret.

Pag. 27. B. lin. 7. ἐπέρρει δὲ ὁ Μυγδόνις) Haud scio an sponte sua solito magis intumescens iste fluuius inundasse dicatur; an vi coercitus, ac repente laxatus, sese in campos effuderit. Quod posterius in obsidione illa contigit; & videtur eo spectasse Iulianus.

Pag. 28. A. lin. 7. ἔδὲν εἰδότες) Altera ad marginem lectio suadet ἔδὲν ἢ ἰδόντας scribendum esse.

Pag. 29. A. lin. 2. ἀκμῆτας ἤγες τὸ σπάτευμα) Forte τὰς σπαλιώτας.

Pag. 30. A. lin. 1. ἔδεμια τῶν ὄσων) Scribe ἔδεμῖαν.

Pag. 32. A. lin. 1. ὄψε πολετῆ Θετταλικῆ) Prouerbum est ἡ Θετταλικὴ περὶ θανάτου: quod Eunapius vsurpat in Chrysantho. De quo tamen Paræmiographi fere tacuerunt: certe quæ esset illius origo, apud istos non reperi.

Ibid. D. lin. 7. 8. ἄλλως τε καὶ πρὸς ἄνδρα) Aurelius Victor: *Vetranio* (inquit) *litterarum prorsus expertus, & ingenio stolidior, idcircoque agresti vecordia pessimus.* Ibidem & de Constantii eloquentia.

Pag. 34. D. lin. 7. Φράγγοι καὶ Σάξονες) Franci trans Rhenum, ac cis Albim fluuium habitabant. Ammianus lib. 20: *Rheno deinde transmissa regionem subito peruasit Francorum, quos Ansuariorum vocant.* Panegyricus Maximiani & Constantini; nec non alter ab Eumenio dictus, hoc ipsum indicant: quod ab aliis obseruatum.

Pag. 35. C. lin. 7. 8. ἐκ μικρῆ πάντεως) Quum ad Mursam oppidum Pannoniæ Magnentii ac Constantii copiæ constitissent, dispositis ad Adranorum fauces insidiis, Magnentius præliandi copiam se ad Scisciam facturum esse Constantio denuntiavit. Qua re mirifice is gauisus, quod equitatu præstaret, profectus est. Sed dum temere, ac nullo ordine, & inermes progrediuntur, a Magnentianis pene omnes oppressi sunt. Zosimus lib. 2, ex quo totius belli accuratam descriptionem petere licet.

Pag. 36. B. lin. 9. ἐφ' αὐτῶν δειξά) Corrig. ἐφ' αὐτῶν.

Pag. 37. B. lin. 2. τὸ παλαιὸν λαμπρότερον) Iisdem fere in locis a Constantino Licinius debellatus antea fuerat. Zosimus.

Ibid. C. lin. 7. Ἀπειρών ἃ εἶχες) De cataphractis equitibus loquitur, quos *clibanarios* vocant. Nazarius Paneg. Constant. *Quæ enim illa fuisse dicitur species! quam atrox visu! quam formidolosa! operimento ferri equi atque homines pariter obsepti. Clibanariis in exercitu nomen est. Superne omnibus tectis equorum pectoribus demissa lorica, & crurum tenuis pendens, sine impedimento gressus, a noxa vulneris vindicabat.* Ammian. lib. 16. *Sparsiq; cataphracti equites, quos Clibanarios dicitant Persæ, thoracum muniti tegminibus,*

nibus, & limbis ferreis cincti, ut Praxitelis manu polita crederes simulacra, non viros: quos laminarum circuli tenues apti corporis flexibus ambiabant, per omnia membra deducti, ut quocunque artus necessitas commouisset, vestitus congrueret, vincitura coherentem aptata.

Pag. 38. C. lin. 11. εἰς τὴν πλεσιον πόλιν) Aquileiam intelligit, ut ex Oratione secunda plenius cognoscimus.

Ibid. D. lin. 9. ἀπολειχομένης ἐν κύκλῳ) Idem repetit Orat. 3. ἔτω δὲ τῆς Ἰταλίας ἀπανταχόθεν ὄρεσίν τε συνεχομένης λίαν δυσβάτοις, καὶ θαλάσση τεναγώδει, ἅτε εἰσρεόντων πόδαμῶν μυρίων, οἱ ποῖσιν ἔλθῃ προσεχὲς τοῖς Αἰγυπίων ἔλεσι. Quod de Italia proprie quidem dicta Iulianus intelligit. In ea porro parte Venetae sunt & Atrianorum paludes; quo se post cladem acceptam recepisse Magnentium, praeter Zosimum, scribit Aurelius Victor & Noster Orat. 2.

Pag. 39. D. lin. 7. ἔτως ἔδεν πρὸς πονηρίαν) Manca & ἡμίτελης oratio.

Pag. 40. C. lin. 5. τῶν ἀποσόλων τῶν ἐπὶ Καρχηδόνα) Victo in Pannonia Tyranno, Constantius in id intentus, omnia ut illi perfugia clauderet; in Italiam, Siciliam, Africam, Galliamque misit, qui harum prouinciarum aditu prohiberent. Iulianus Orat. 2. τῶν γε μὴν πρὸς τὸν τύραννον παραχθέντων ὅ, τε ἐπὶ Σικελίαν ἔκπλες, καὶ ἐς Καρχηδόνα, ἑεῖδαν ἔτε ἀπαραλαλήψεις τῶν ἐμβολῶν.

Ibid. D. lin. 3. ἐπεὶ καὶ τὴν Ἀντιόχου πόλιν) Nonnihil haec obscura sunt, immo corrupta leuiter: quibus indicare videtur, Antiochia cognomen a Constantio Imperatore partum: & eandem urbem praeterea quum aliis rebus locupletatam & ornatam fuisse, tum portu praetere, quem ad Seleuciam Constantius extruxit: de quo Libanius in Antiochico, & qui nuper editus est Veteris mundi descriptionis auctor, Latinus is quidem, non Graecus; qui Seleuciensem portum istum a Constantio fabricatum refert; ut recte illius editor obseruat. Idem tamen in Libanii loco, quem ex Antiochico citat, perperam haec verba reddit: Ἀλλὰ τέτμηται μὲν ἐν Σελευκείᾳ τέτμηται δὲ ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας τοσούτω χρυσῷ λιμὴν ἐκ πέτρας γινόμενῃ. Haec ille sic vertit: Verum sectus quidem est in Seleucia: sectus vero propter urbem nostram tanta vi auri portus e saxo confectus. Atqui non hoc Libanius sibi voluit, ingenti vi auri sectum illum fuisse portum; sed, ad tantam vim auri capiendam, quantam Cræso Pactolus non attulit, portum illum e saxo fuisse factum: ut non pretium, quo portus fabricatio constitit; sed opes ac dinitiae, quae ad eum conuehendae sunt, iis verbis exprimantur. De eiusdem porro Constantii in Constantinopolitanam urbem munificentia, cuius hic Iulianus meminit, agit in Orat. 13. Themistius.

Pag. 42. C. lin. 8. χρόνον ἐτῶν ἑνὲς ἐλάσσονα) Qui tandem congruit? Anno regni sui ineunte sexto traiecit in Graeciam Xerxes: neque tamen initio statim imperii de illa expeditione cogitauit; sed ægre tandem spectris horrendis, & perfugarum Pisistratarum Aleuadarumque precibus adductus: quod biennio ad summum ante τὴν ἐκστρατείαν contigit; ut ex Herodoto liquet. Sed videtur Darii apparatus filio eius imputasse. Etenim victus ille Marathonio conflictu, nouum contra Graecos bellum adornauit, & iis consiliis immortalis est. Contigit Marathonia clades anno III Olympiadis LXXII. Inde ad primum ineuntem Olympiadis LXXV, anni sunt praeter propter decem.

Ibid. D. lin. 9. σεργμῆναις ἀπεδίδξ) Immo ἀπεδίδξ.

Pag. 44. C. lin. 1. 2. τῇ βεβαιότητι δέ) Demosthenes contra Leptinem, quae a rebus publicis munera conferuntur, etsi minora sint, longe tamen praefenda esse, admo-

admonet : παρὰ μὲν γὰρ ἐκείνοις μείζων ἐστὶν ὁ φόβος τῆς παρὰ
 τῆς χάριτος. παρὰ δὲ ὑμῖν ἀδελφεῖς ἀνὴρ λάβη τις ἔχειν ὑπῆρξε τὸν γένε
 λον χρόνον. Cui Xenophononem illud affine est in Hierone : ὅ, τι ἂν τις λάβη
 παρὰ τῶν τυράννων, εἰδὲς ἐδὲν αὐτῷ νομίζει, πλεὺν ἂν ἔξω τῆς τέττα ἐπικρατείας
 γένηται.

Ibid. D. lin. 8. 9. τῆς βασιλείας ἔλοιο κοινῶν) De seipso Iulianus loquitur. *Minime Gallum fra-*
 Nam post Galli necem hæc habita est oratio : vt ex Siluani historia constat, quam *stem designat. Et enim*
 tangit pag. 48. *cum Iulianus non ante*
sed post Silvanum reba-

Pag. 46. A. lin. 10. αἰεὶ δὲ ἐν τοῖς κοινῶς) Eutropius Constantinum ait inter *thema oratione memora-*
 Diuos relatum. De honoribus vero eidem a filio habitis Eusebius in Encomio *tam Cesar creatus sit, Gal-*
 Constantini. Aurelius Victor in Cæsaribus Constantium vocat *autem Magnæti exhibitione*
redata recedens Silvani
motu, satis apparet, postea
netu majorem intelligi.
Verbo, quæ sequentes & λόγῳ
εἰ τοῦ θεοῦ προσελίγον
εἰς τὸν ἐρόν σὺ δὲ στρατῶν
εἰς τὰς οὐρανὸς ἐπεδύ-
τιον, Præterea designant,
quam Gallus dignitatis suæ
causa fingat. Amm. lib. 15.
Ultimum temporum ordinem
mittam, quo solo sunt locum
ante explere vetamus, in
Iulianus de se ipso sine effu-
sissima gratulationatione
ac humillima adulatione
in hæc laudatione loquom-
nino non poterat.

Pag. 47. B. lin. 1. Φρονησεως ἐπὶ πολὺ) In Anglicano codice quædam e-
 rant inserta, quæ minus ad sententiam pertinere putauimus, ob idque minime re-
 cienda. Sic enim legebatur : Φρονησεως πρὸς τοσούτον μέγεθος ἀφικέσθαι,
 καὶ καλῶς πράξεων ἀγαπήτων δὲ, εἰ καὶ τύχη μόνον δίχα Φρονησεως ἐπι-
 τρεπομένη ἀνθῆσαι.

Ibid. D. lin. 5. 6. τὸν τοσούτων τοῖς κοινῶς) Tollendi asterisci. Nam est inte-
 gra sententia, quæ ita concipienda est : Prudentia magis, quam viribus, cum tan-
 tarum calamitatum auctore debellasti. Nam Siluani copias omnes quum ad suas
 partes oratione traxisset, iis ipsis ad opprimendum tyrannorum alterum Magnen-
 tium usus est.

Pag. 48. C. lin. 7. τὴν γυναικίαν ἀλουργίδα) Sic Orat. 2. καὶ τέλει ἐν τῆς
 γυναικωνίδι ἀνελόμεν ἀλουργὲς ἱμάτιον. De Siluano loquitur, qui Con-
 stantii offensionem veritus imperium sumpsit. Sed a militibus intra XXVIII diem
 oppressus est : Aurelius Victor, Ammianus lib. 15. Sed cur γυναικίαν ἀλουργίδα
 dixit? Nam e signis purpuram ab eo detractam, auctor est Ammianus : Cultu pur-
 pureo Draconum & vexillorum insignibus ad tempus abstracto, ad culmen imperiale
 surrexit. An eleuando, ac per contemptum sic appellat tumultuarie ac temere
 susceptum principalem habitum? Cogitent eruditi. Neque enim hoc mihi sa-
 tisfacit.

AD ORATIONEM II.

DE auctore Orationis huius nihil est, quod dubitare quispiam iure debeat.
 Cuius idem omnino, quod primæ, est argumentum, in Constantii laudi-
 bus ac prædicatione positum. Quem vnum virtutis omnis perfectum ab-
 solutumque specimen proponit; itaque cum antiquis Imperatoribus comparat, vt
 longo eos intervallo ab illo superatos esse confirmet. Quæ vero ab eo contra ty-
 rannos atque barbaros gesta sunt, præsertim quæ ad Nisibin contigerunt, auget
 extollitque magnifice. Quamobrem merito prior illa inscriptio *Ὁ δὲ Ἀυτοκράτο-*
ρὸς τῶν πράξεων, orationi præfixa est. Sed quod additum est, ἢ περὶ βασιλείας,
 inane & absurdum. Non enim de regno aut imperio quidquam præscribit: quem-
 admodum Synesius Orat. de Regno, Dio Chrysof. alique fecerunt. Quod si pau-
 ca interim de Principis officio disputet, id non nisi obiter & eo solum consilio per-
 tractat, vt iis omnibus ornamentis Constantium præstare ac cæteris antecellere de-

kkk

mon-

monstrēt. Quare magna mihi suspicio est, πειρὶ βασιλέως, pro βασιλείας, esse scribendum. Immo forte, vti inscriptiones variant, etiam Κωνσταντίς additum fuit.

Pag. 49. D. lin. 7. ὑμνεῖν τὸν βασιλέα) Quem regem intelligat, equidem non video. Homeri verba sunt Iliados 1.

Τῆ ὄγε θυμὸν ἔτερπε, αἶδε δ' ἄρα κλέα ἀνδρῶν.

Num igitur sic concipienda lectio? ὑμνεῖν τὰ κλέα ἀνδρῶν, καὶ ἄδεν, vel certe τὰ κλ. αν. καὶ καλ. Nisi βασιλέα Achillem vocet.

Pag. 50. D. lin. 1. τὸν Πιττακὸν ἐπαιῶν) Apud Diog. dictum illud extat, Συγγνώμη τιμωρίας κρείστων.

Pag. 52. C. lin. 2. καὶ τὰ Φόρεια τὰ ἐντεῦθεν) Hemistichium illud proxime allatum ex Iliados est Υ. vbi Æneas Erichtonium unum ex maioribus suis tria equarum habuisse millia iacet: quarum amore captus Boreas celerrimos ex iis pullos genuerit.

Αἱ δ' ὑποκυδόμεναι ἔτεκον δυοκαίδεκα πώλεις.

Itaque pro Φόρεια, quæ vox nihil significat, πωλία forte reponendum est.

Ibid. C. lin. 5. 6. καὶ τὰ ἐν αὐλοῖς ἄρματα) Malim ἐπ' αὐλοῖς.

Pag. 53. B. lin. 6. χρώμενον δὲ πρὸς θήραν) Olim sagittariorum infima erat ac vilis conditio. Schol. Sophocl. ad hunc verum Aiæcis Mastigoph.

Ὁ τοξότης εἴκειν ἔσμιχρά φρονεῖν.

ita scribit: διεβέβλητο ἡ τοξεία παρὰ τοῖς παλαιοῖς, ὡς μικροπρεπῆς τέχνη καὶ φάυλη, καὶ ἀξιόλογον ἔδεν ἐργάσασθαι δυναμένη. Nec ab hoc Iuliani loco Ovidianum illud abhorret Metamorph. 1.

Hunc Deus arcitenens, ἔσ nunquam talibus armis

Ante, nisi in damis capreisque fugacibus, usus.

Ibid. C. lin. 8. 9. ἄρμασι γὰρ ἐχρῶντο) Eustathius ad Odyss. ε, pag. 1539. ἰσέον δὲ ὡς οἶδε μὲν Ὀμηροῦ τὸν κέλητα, &c. ἔ ποιεῖ δὲ ἥρωας χρωμένους αὐλοῖς, εἰ μὴ ἄρα κατ' ἀνάγκην τινα. Sciendum Homerum Celetis, id est, singularis equi meminisse; non tamen Heroas apud illum vti, nisi in necessitate quæpiam.

Pag. 54. B. lin. 11. τῶ Θεσπιάσῳ Ἐρωῖ) Pausanias Bœoticis, pluribus de Amoris apud Thespienses simulacris differit.

Ibid. C. lin. 9. 10. τῶν ἄλλων ἐκεῖν) Videndum an ἐκαστὸν pro ἐκεῖν sit aptius.

Pag. 55. C. lin. 10. Ἄνηρ ἄπιστος) Magnentianum bellum describit. De quo Zosimus, aliique Historici, tum Iulianus ipse Orat. 1.

Ibid. D. lin. 7. Τεῖς μὲν ὀρέξαστ' ἰῶν) Crediderunt veteres Deos non βάδην, ac promouendo pedes, ingredi, sed continuo velut impetu fluere. Quam ad opinionem facit inprimis elegans Heliodori locus Æthiop. lib. 3. vbi Deos ait cognosci minime τῶ βαδίσματι, ἔ κατὰ διάσασιν τοῖν ποδοῖν, ἔδὲ μελάθεσιν ἀνυομένῳ, ἀλλὰ κατὰ τινὰ ῥύμην ἀέριον, καὶ ὀρμὴν ἀπαραπόδιον, τεμνόντων μᾶλλον τὸ πειέχον, ἢ διαπορευομένων. Addit mox: propterea etiam & Homerum, qui Ægyptius esset, de Neptuno ita cecinisse:

Ἰχθια γὰρ μελόπιπτε ποδῶν, ἠδὲ κνημάων

Ῥεῖ. ἔγνω ἀπιόντι.

οἶον ῥεόντι ἐν τῇ πορείᾳ. τῆτο γὰρ ἐστὶ τὸ ῥεῖ ἀπιόντι, καὶ ἔχ ὡς τινες ἠπάτηνται, ῥαδίως ἔγνω ὑπολαμβάνοντες. Quo etiam respexisse Virgilium arbitror, quum Æneid, 1. de Venere ita loquitur:

Et vera incessu patuit Dea.

Pag. 56. B. lin. 4. ἦν ἔτε Ὠκεανὸν δέι) Hunc locum ex MS. emendauimus. Quod de Atlantico mari dubitat, sitne Oceanus ille qui Germaniam alluit, parum id perite facit. Perinde enim est, ac si quis Æthiopico Oceano Hispanos aut Gallos allui dixerit.

Ibid. C. lin. 9. μέθῃ καὶ κραπάλῃ) Recte hoc & καθ' ἰσορίαν. Etenim per coniugii occasionem & comestationis Magnentius tyrannidem inuadit. Vide Zosimum lib. 2.

Pag. 57. D. lin. vlt. τὸν ποιητὴν τῆς τετραλώδης) Marcellinus iste forsitan erat Fisci præfectus, doli artifex; qui per speciem natalis filii sui celebrandi Magnentium ad tyrannidem perduxit.

Pag. 58. A. lin. 4. καὶ τέως ἔχαρε) Dictum Orat. 1. Quæ sequuntur, vitiosa ac parum integra sunt. Legerim sane, τότε δὲ ἐφεσῶσα πᾶσι δίκη ποιναίς.

Ibid. C. lin. 6. ὁ παιδοδείξις τῆς τυράννης) Marcellinus ille, de quo supra.

Ibid. C. lin. 7. Τὸ γὰρ μηδὲ ἐλπίσαι) Forte πῶ γάρ. Sed quæ sequuntur corrupta nonnihil sunt.

Ibid. D. lin. 7. τὰς πρόθεν ἀπενιπτόμεν) Subaudiendum Φόνες. Itaque vertendum priorum cadum labem eluens. Sic Orat. 1. p. 39. D. lin. 3. τὰς Φόνες, καὶ τὰς πρόθεν ἀδικίας ἐκκαθαρόμεν.

Pag. 59. B. lin. 2. ἐν οἷδα ὑπὸ τῆς θεῶν) Scribo ὑπὸ τῆς θεῶν.

Ibid. C. lin. 4. Οὐ γὰρ δὴ ξὺν τῇ τῶν στρατηγῶν) Atrocissimus hic conflictus fuit: vt, quemadmodum Victor refert, pene amplius Romanæ consumptæ sint vires, totiusque Imperii fortunæ pessundatæ. Idem habet Eutropius lib. 10. Sed præ omnibus legendus Zosimus. Ex quo pauca tantum, quæ Iuliano consentanea maxime sunt, hic adscribam: Πρὸς μείζονα (inquit) λύσαν ἐπαρθένης οἱ Μαγνητῶν συναγωνιζόμενοι, ἐδὲ νυκτὸς μαχομένοις αὐτοῖς ἐπελθῆσης ἐπαύσαντο. ἐπέμεινάν τε αὐτοῖ γε οἱ στρατιωτῶν ἔργα πληρῆνες, καὶ τοῖς καθ' ἕνασον στρατιώταις ἐπικείσθαι τοῖς ἐναντίοις ἐγκελευόμενοι. Μοχ: νυκτὸς τε βαθείας ἔσης, ἔπαιον ἀλλήλους δόρασί τε καὶ ξίφεσι, καὶ παντὶ τῶν στρατιωτῶν καὶ εἰς χεῖρας ἰόντι.

Pag. 60. A. lin. 2. ἀλλὰ καὶ ὅσοις ὑπό) In vet. erat τραυμάτων. At in vulgatis τραυμάτων. Ego τραυμάτων excudendum censuerim. Hastas enim, siue contos equestres, fractos fuisse, ob idque inutiles redditos esse, significat. Sed transposita ac luxata nihilominus lectio est. Forte ita legendum: Ἀλλὰ καὶ τῶν ἰππέων ὅσοις ὑπὸ τῶν τραυμάτων ἀχρεῖα παντελῶς ἐλεγόναι τὰ δόρατα.

Pag. 61. B. lin. 5. ὡς ἐν ἀρχῇ τῶν ἀρωμάτων) Extudimus vtcunque loci huius sententiam: in qua tamen nondum acquiescimus. Suspicati sumus in editione prima pro τῶν ἀρωμάτων, legendum τῶν ἀρωματισμένων, atque etiam post ἀρχῆ, addendum λόγος. Nemo autem est, qui de Areopagitarum hac in re instituto non audierit. Amplius eruditi cogitent.

Pag. 62. B. lin. 5. ἢ δὲ Μυγδόνι) Mygdonia Macedonia regio: a cuius similitudine Mesopotamiæ pars appellata, quæ ad Euphratem & vtrumque Zeugma posita, ait Strabo lib. 16. In ea vrbs est Nisibis, quæ & Antiochia Mygdoniæ. Hanc alii ad Euphratem, aut non longe ab eo collocare videntur, ex eo quod Strabo prouinciã ipsam ad Euphratem esse sitam asserat. Ita ex recentioribus Dominicus Niger. Verum sine dubio non ad Tigrim illa quidem, sed haud longe tamen ab eo sita fuit: vt ex Ptolemæo constat, qui in Mesopotamia illam collocat.

ad gradum longitud. 75, 10'. latitud. 37. 15'. idque subinde Iulianus ipse significat. Plinius vero libro 6, cap. 13. etiam partem Assyriae, hoc est Arbelitin, & Adiabenen, *Mygdonia* vocabulo comprehensam a Macedonibus scribit. Itaque videtur ἡ ἄνω Μεσοποταμία, ac totus ille superior tractus: cum Assyriae parte, *Mygdonia* nomine censer; vt ex Strabonis, & Plinii Ptolemæique comparatione constat. Stephanus: Νίσιβις πόλις ἐν τῇ Περσείᾳ τῇ πρὸς Τίγρητι ποταμῷ. *Nisibis urbs in Persa, quae est ad Tigrim fluium.* Perxam, opinor, Mesopotamiae tractum appellat, quod trans Euphratem sit. Mox: καὶ ἔδει Νισιβίτης. ἀλλ' ὁ τύπος Αἰγύπτιος καὶ Λιβύης. ὁ δὲ διὰ τῆς ἠϞ, παρὰ τὸν Ἐυφράτην καὶ τὴν ἔω. Oportebat inde formare, *Nisibites.* Sed haec inflexio Aegypti & Africa propria est: quae vero fit per ἠϞ, *Euphratensium & Orientalium.* Sane in Africa Nisibes sunt apud Ptolemæum: a quibus fit Νισιβίτης.

Ibid. B. lin. 9. καὶ ἕτερον ὄνομα) Est hoc *Nisibis*, vel *Nesibis*, aut *Nasibis*. Quae vox Stephano Phoenicum lingua aceruatos lapides, vel τὰς σήλας, hoc est, cippos & columnas lapideas significat, estque pura pura Hebraica. Nam כנן est כן, id est *cumulus*, & *tumulus*. Lapidum enim acerui, vel cippi, ad itinera metanda regendaue a veteribus ponebantur. Hos vero aceruos Mercurios ἐνοδίσς appellarunt, vt alibi obseruauimus.

Ibid. C. lin. 4. τὸν θαλάσσιον καρμῖνον) Vide Palæphatum.

pag. 64. D. lin. 5. ἔδὲ αὐτῶ παντελῶς) Manca lectio.

pag. 66. B. lin. 1. Μάταιον γὰρ) Aut δὲ pro γὰρ scribendum, aut deesse quippiam putandum est.

pag. 67. C. lin. 8. ἔχει Γλαύκας τέχνη) Prouerbum est, Γλαύκας τέχνη, ἐπὶ τῶν ῥαδίως κατεργαζομένων, apud Suidam; hoc est, de iis rebus, quae nullo negotio conficiuntur: ab Glaucō quodam Samio, ὃς πρῶτος σιδήρεα κόλλησιν ἐξεῦρεν, ait idem; qui scilicet ferri glutinationem & ferruminationem reperit. Quam Vir doctus *conflationem* bis terque Latine reddidit: haud scio qua ratione inductus. Sane κόλλησις ferruminationis est. Et χώνευσιν legisse eum oportet. Zenobius, quem cum Diogeniano, aliisque Paræmiographis, P. Andreas Schottus vir eruditissimus vulgavit, prouerbum hoc dici annotat, ἢ ἐπὶ τῶν ῥαδίως κατεργαζομένων, ἢ ἐπὶ τῶν πάνυ ἐπιμελῶς καὶ ἐντέχνως ἐργασμένων. Cuius rationem fusius persequitur. Atque etiam Diogenianus, ἐπὶ τῶν μὴ ῥαδίως κατεργαζομένων, ἢ τῶν τεχνικῶς κατεσκευασμένων. Marcellus Ancyranus apud Euseb. lib. 1. contra Marcell. cap. 3. quinque affert huius prouerbii origines, quae omnes eo conspirant, vt de exquisito artificii genere dicatur. In quarta mendosa lectio est, quam hic resarciemus. Scribendum: ἔτω δημισργήσαντα τῶ πάχει, ὡς κρηομένα, &c.

pag. 68. C. lin. 4. τὴν Πλάτωνος μικρά) Desunt hic non pauca. Aut certe, quod verisimilius arbitror, post haec verba, τὸ διακόνημα εἶναι, subiungenda ea sunt, quae pag. 70. extr. leguntur: Τὰυτὰ τοι καὶ ἐπαυῆμεν. Vbi de Hectore institutum hoc loco sermonem pertexuit. Omnino insignis est huius loci perturbatio.

pag. 71. D. lin. 5. Ἐνετοὶ δὲ οἰμῶ) Aquileiam sub Venetia complectitur, vt & Plinius ex Augusti diuisione. At Strabo aliter, qui diserte lib. 5. ἔξω δὲ ἐστὶ (scribit) τῶν Ἐνετικῶν ὄρων ἢ Ἀκυληία. At Foroiuliensi in Italiae parte Geographi vulgo collocant, quae a Venetia Liguentia flumine diuiditur. Neque Heneri in ea parte confedere, sed in Euganeorum sedibus: vbi & Troiam condiderunt.

pag. 72. A. lin. 1. καὶ χρωῖται ἀντὶ τῆς Βῆτα) Diligenter observandum quod ait, V Latinum perinde ut Βῆτα proferri. Cui tamen prononciationis Græcæ magistri illi tantopere reclamant. Sed de V nostro sane haud immerito dubites; si in B Græcum mutari potuit, cur tam pertinaciter Græci omnes, qui Romana nomina perscripserunt, in Ou conuerterint. Ita enim passim, Οὐολῆσσοι, Οὐαλέει. Certe quidem, V consonantis vim apud Latinos olim habuisse, ex Varronis apud Priscianum auctoritate constat; quum id Grammaticus iste confirmat, V Romanum Æolico Digammo potestate par fuisse. Unde (ait Priscianus libro 1.) a plerisque nomen ei hoc datur, quod apud Æoles habuit olim F Digamma, id est Vau, ab ipsius voce profectum, teste Varrone & Didymo; qui id ei nomen esse ostendunt. Igitur V vau quondam appellatum, eodem, quo Hebraica littera, nomine. Cæterum nemo istud, opinor, ignorat, quod ab Halicarnasseo proditum est lib. 1, Latinam linguam magna parte ex Æolica profluxisse. Quare ab eadem Digamma illud in Latium translatum est: quo vsi sunt non modo Æoles, sed & Græci antiquiores omnes, ea forma, qua F Latinum pingitur; potestate vero eadem, qua V Romanum, vel ou Græcicum. Quod quia Iulianus non vidit, causam affert minus expeditam, cur ex Ἐνετία Græcorum Venetiam Latini, non Hænetiam fecerint. Idque asserit Ὀψωνέυσεως ἔνεκα, hoc est, spiritus gratia, & quadam Latini sermonis proprietate, contigisse. Nec intellexit istud a Græcis ipsis, non a Latinis, profectum. Veteres quippe Græci ante vocabula omnia, quæ incipiunt a vocali, syllabam ou præfigere solebant, hoc est Digamma F: ut pro ἐλία Feλία, & pro ἐνέλοι Fενέλοι dicerent. Et quoniam V Latinum est ou, idcirco Veneti, & Velia Latine vsurparunt. Docet hoc libro Ἀρχαιολ. 1. Dionysius Halicarn. his verbis: Σύνηδες γὰρ ἦν τοῖς ἀρχαίοις Ἑλλησιν, ὡς τὰ πολλὰ ἀεθιθεῖναι τῶν ὀνομάτων, ὅπως αἱ ἀρχαὶ ἀπὸ Φωνηέντων ἐγίνοντο, τὴν οὐ συλλαβὴν, ἐνὶ σοιχείῳ γομομένην. τῆτο δὲ ἦν ὡς γάμμα, διπλαῖς ἐπὶ μίαν ὀρθὴν ἐπιζευγνύμενον ταῖς πλάγαις, ὡς Feλένη, καὶ Fάναξ, καὶ Foῖα, καὶ Fανήρ, καὶ πολλὰ τοιαῦτα. Hæc ille. Verum si eodem modo quo ou diphthongus Digamma illud efferendum est, consonans esse non poterit; contra quam Grammatici omnes sentiunt. Inter quos Terentianus Maurus in Sotadeis id ita testatur:

*Vnde Æoliis littera fingitur Digammos;
Qua de numero sit magis una consonantum,
Vocalis in istum mage quam versa sit usum.*

Quin & Velius Longus libro de Orthographia, monet V totiens consonantis vim habere, quotiens pro eo ponitur, quod apud Græcos dicitur Digamma. Priscianus lib. 1. Æolicum F Digamma interdum pro consonante simplici, alias pro duplici vsurpatum, scribit. Nam in hoc versu:

Οἰόμεν^Ϟ Feλέναν ἐλικώπιδα,

simplex est. In hoc vero duplex:

Νέσορα δὲ Fῆ παιδός.

Qua ratione apud Latinos his in vocibus, *venus*, & *cupiui*, V consonans simplex est, ac duplex. Itaque minime verum est vsquequaque, quod Halicarnassensis docet, F Digamma sonare ut ou diphthongum. Ac si coniecturæ locus esse potest, crediderim Æolicum Digamma ante vocales lenes inlat ou diphthongi prolatum; ante aspiratas vero, quibus potissimum præfixum est, consonantem fuisse, V Romani similem. Porro quod Iulianus affirmat, V sæpe ita ut Βῆτα pronun-

tiari, ex iis, quæ Priscianus subiicit, illustrari potest. Ait enim, Digamma plerumque in B mutari: velut in hac voce Βρήτωρ, pro ῥήτωρ. Immo etiam Βροδον pro ῥόδον. Quod, inquit, Digamma non nisi vocali præponi, & in principio syllaba non potest. Ideo autem locum quoque transmutavit: quia B, vel Digamma, post & in eadem syllaba pronuntiari non potest. Quæ verba satis arguunt, F Æolicum, non ov tantum diphthongi sonum reddidisse. Alioqui nihil, puto, prohiberet ῥουήτωρ & ῥουόδον dici. Vnaque illud indicant, nonnunquam solius aspirationis gratia præponi solitum consonantibus maxime litteris. Verum hallucinari Grammaticus idem videtur, quum mutationis V in B ex Quintiliano exemplum affert *Bruges & Belena*. Neque enim in his B locum occupat V, sed F & Φ. *Bruges*, inquam, pro *fruges*, & *Balena* (ita enim apud Quintilianum legitur) pro Græco Φάλανα in usum venerunt. Quæ res suspicionem præbere nonnullam possit, B Græci æque ac Latini quibusdam saltem in vocibus, aut certe Æolica proprietate, V consonanti similem & affinem sonum extitisse: qui ab Φ, vel F Latini spiritu non multum adhorret. Denique hoc tanquam corollarium adiiciam: Digamma Æolicum in F Latinum esse conuersum. Auctor eius rei Diomedes haud ignobilis Grammaticus lib. 2. quum scribit: *Huic item (nimirum V litteræ) Digamma adscribi solet: ut quum sibi ipsi præponitur; ut serfus, fulgus, pro seruus, vulgus. Nam V litteram geminari in una syllaba posse plurimi negant.* Quo etiam pacto Germani hodie V consonantem proferunt. Quintilianus libro 1. capite 5. idipsum confirmat his verbis: *Quin fædum, fædusque, pro aspiratione V simili littera vten-tes. Nam contra Græci aspirare solent, ut pro Fundanio Cicero testem, qui primam eius litteram dicere non posset, irridet.* Qui locus intelligi ita conceptus vix potest. Quamobrem pro *Fædum, Fædusque*, emendo *Vædum, Vædusque*. Hoc enim significat, Veteres V litteram pro F quibusdam in vocibus expressisse: quum Græci densiore spiritu pronuntient. Quare quum Græculus quidam testis Fundanii nomen ita efferret, quasi esset Φουνδάνιος, non autem, ut vulgo tum consueverant, *Vondanius*, vel *Vundanius*, a Cicerone est irrisus. Atque eadem, opinor, de causa Græca aspiratio ob Æolicum Digamma in F interdum transit. Quare ab ὄρμια Latinum *Formias* deducunt, ut Seruius annotat. Quod si quis, ut Criticorum fere mos est, argutari velit, næ is ex ea obseruatione nouas multas, nec fortassis absurdas, nominum origines excogitabit. Sic enim & *firmus* ab ἔρμα, & *focus* quasi Foïn, ut Halicarnasseus scribit, & *fauco* ab ἄω, id est spiro: vnde ἄωραν & ἄωλην Grammatici formant. Indidemque & *Fauonius*. Adde & *fædum*; quod ab hædo Isidorus deriuat lib. 10. Possis & ab οἰδῶ deducere, hoc est, *intumesco*. Quæ enim contra naturam tument, velut vlcera, papulæ, δροσήματα, ea aspectu fæda sunt. Et sexcenta eiusdem generis.

Pag. 72. A. lin. 5. τῆ πόλει δὲ ἀεὶός) Igitur Aquileia ab Aquila: quod & Eustathius testatur in Comment. ad Dionysii Περσηγ. Hanc Romani contra barbarorum incursiones condidere. Strabo lib. 5.

Ibid. B. lin. 1. ἢν δὴ τὸν Ἰόνιον εἶναι) Ita Strabo, qui, ut vocat, mare τὸ ἐν τὸς, a Sicilia ad Iapygium vsque promontorium, & Cretam, Ausonium, siue Siculo appellat. Inde Aquileiam vsque, Ionium. Ptolemæus vero Tyrrhenum mare vsque ad Leucopetram producit: a qua ad Lacinium promontorium, Adriaticum. Inde ad Iapygium promontorium Tarentinum sinum definit. Ab hoc ad Garganum montem, Ionium: deinceps Adriaticum. Etsi plerumque Ionium cum Ausonio & Siculo promiscue haberi videas, præsertim apud Virgilium,

Ibid.

Ibid. C. lin. 5. τὰ δὲ ὑπὸ τὴν ἄρκλον) Nisi in scriptura ipsa vitium sit, in scriptoris animo fuerit necesse est, & Geographiæ situsque earum regionum ignorantio. Quid enim? Rhætos ait ad Occidentem cum Gallis habitare; ad Septentrionem vero, prope Rheni Danubiique fontes, barbaros alios. Atqui Rhætos ipsos ad utriusque fontes Geographi omnes constituunt. E quibus Ptolemæus Rhætiam ita circumscribit, ut ab Occasu linea a Rheni fontibus ad Danubii æque fontes producta terminetur: a Septentrione Danubio: ab Oriente Oeno fluuiio: a Meridie Alpibus. Vbi insuper Rhætiam propriam, & Vindeliciam distinguit. Quarum illa ad Lycum vsque, hæc inde ad Oenum porrigitur. Quibus limitibus & Canorum, quos Grifones vocant, regio, & Sueuia continetur. Nec de Rhæticiæ situ discrepat Strabo. Quo fit ut manifesti erroris teneatur noster; nisi, καὶ Ῥῆτοι, inducendum censeas, & post πλωσίον mox reponendum. Quod ad orthographiam spectat, Ptolemæus & Strabo Ραῖτοι, non Ῥῆτοι, scribunt.

Pag. 73. A. lin. 4. οἱ τὴν πέτραν ἐκείνην) Petras complures ab Alexandro expugnatas scribit Strabo lib. 2. Sed præcipua extitit Sogdiana, altitudinis, ut ait Curtius, stadiorum xxx, ambitu cxl. De qua hic Iulianus loquitur. Sed eam in India collocare videtur. A qua tamen Imao monte Sogdiana discernitur. Porro cum Petram illam tentaret Alexander, quæsiere per iocum Barbari, num volare posset? Qui se proxima nocte effecturum dixit, ut crederent Macedones etiam volare. Curtius lib. 7.

Ibid. C. lin. 8. ὀλίγα ἅπαντα) Mendosa hæc plane sunt.

Pag. 74. B. lin. 5. ἀγῶνες * * * ἀνεγράφη) Quæ sequuntur parum sincera sunt, nec a me nisi ariolando possunt corrigi.

Ibid. B. lin. 11. τὴν εἰσω Τίγρη) Assyriæ fluuius est Lycus, Ptolemæo Λευκὸς, qui in Tigrin influit. Oritur ex Niphate monte.

Ibid. C. lin. 5. 6. δυνάμεις ἀφελόμενα) Forte ἀφελόμενα.

Ibid. C. lin. 7. 8. Σκολίας Ἀλπεσιν) Legendum omnino Κοστίαις. Per eas Magnentius Lugdunum perrexit; vbi & diem obiit.

Pag. 77. B. lin. 9. Τάυτην ἐγὼ τὴν νίκη) Lacedæmoniorum ἄδακρυς νίκη quid esset, dixi ad Themistii Orat. 14. Quæ quidem Oratio easdem res a Constantio gestas exornat.

Ibid. C. lin. 10. Τῆτο γὰρ ἔοικε) Scribe, ut est apud Hom. Iliad. ω.

Τοιάτῳ γὰρ ἔοικεν, ἐπεὶ λάσαι τε, Φάγη τε.

Pag. 78. D. lin. 1. 2. ὥπερ ἐδῆτι ποιίλη) Translatio hæc frigida & puerilis, σκιαγραφῆν τῇ ἐδῆτι: quasi dicas, veste delineare ac depingere.

Ibid. D. lin. 11. τὸν Ἀθηναῖον ἐνενόησα) Apud Platonem in Gorgia.

Pag. 79. A. lin. 11. καὶ σαγηνεύουλας) Ad Darium pertinere istud ipsum potest: cuius iussu Datis præfectus cum ingenti exercitu aduersus Eretrientes & Athenientes profectus est; cum mandatis, ne cui effugiendi locus esset. Quod ut accurate perficeret, milites suos iunctis inter se manibus Eretrientem agrum amplecti, atque ita vniuersum percurrere iussit. Plato Menexeno: διηρευνήσατο δὲ αὐτῶν πᾶσαν τὴν χώραν, ἵνα μηδεὶς λαποφύγοι, τοιάτῳ τρέπων ἔπι τὰ ὄρια, ἐλθόντες

τῆς

τῆς Ἐρετρικῆς οἱ στρατιῶται αὐτῶν, ἐκ θαλάττης εἰς θάλατταν διασάντες, συνάψαντες τὰς χεῖρας διήλθον ἅπασαν τὴν χώραν, ἵν' ἔχοιεν τῷ βασιλεῖ εἰπεῖν, ὅτι οὐδεὶς σφαῖς ἀποπεφευγὼς εἴη. Hinc Hesychius: σαγηνεύειν αἰμαλωτίζειν. & τὰς πολιορκηθέντας ἐστὶν καὶ σαγηνεύειν. Herodotus in Erato, quum de Eretrienſium clade meminit, mentionem istius rei nullam, quod sciam, facit; sed de ture, de quo hoc loco Iulianus, ea refert, quæ huic loco consentanea sint: nisi quod talentorum librarumue numerus non respondet. Ait igitur: Datin in ara Delii Apollinis turis libras trecentas adoleuisse. μετὰ δὲ λιβανῶν τεμηκόσια τάλαντα καλανήσας ἐπὶ ἔβωμῶν ἐθυμίησε. Idem tamen p. 391 scribit, insulas quasdam a Persis captas, & sagena inclusas fuisse.

Pag. 80. A. lin. 10. Κολοφώνιον ἔχουσαν) Prouerbum hoc vide apud Zenobium & Suidam.

Ibid. D. lin. 9. αὐτὴν καὶ ἡμέρας) Corr. αὐγῆς.

Pag. 81. A. lin. 4. πᾶς γὰρ ὁ τε ὑπὸ γῆς) Transtulit eandem ex Platone sententiam Oratione 1. Themistius.

Ibid. B. lin. 3. Φασὶ γὰρ οἱ πολλοὶ) Aristot. lib. de Nobilit. Σιμωνίδην δὲ Φασιν ἀποκείνασθαι. διερωτώμενον τίνες εὐγενεῖς, τὰς ἐκ πάλας πλοσίων Φάνας. Tu hoc fragmentum consule.

Ibid. C. lin. 9. λόγῃ δὲ λέγειν) Gregorius Nazianzenus Epist. ad Themist. Σπαρτιάτας ἢ λόγῃ γνωρίζει· ὡμῶς τὰς Πελοπίδας· λόγοι τὸν μέγαν Θεμισίον. Appellantur Σπαρτοί, & Σπαρτιάται. Sic Lactantius lib. 3. capite 4. *Pereunt igitur uniuersi hoc modo: ἔστανquam Spartiatae illi Poetarum, sic se inuicem iugulant, ut nemo ex omnibus restet.* Legendum αὐτῶν pro αὐτῆν apud Iulianum.

Ibid. D. lin. 6. Ὑπάρχειν δὲ Φασὶ) Nota historia. Claudian.

Et quos nascentes explorat gurgite Rhenus.

Nonnus lib. 23.

Ῥῆν' Ἰβηρ βρεφέεσσι κορύσσειν, ἀλλὰ δικάζων,
καὶ κρυφίην ὠδῖνα διασχίζων τοκετοῖο,
κτείνει ξείνα γένεθλα.

Vbi Rhenum Iberum appellat perperam. Libanius Paneg. in Iulianum Cos. p. 238. καὶ διαβάς Ῥῆνον ποταμὸν, ὕδωρ ἐλέγχον ἐκ τῶν γεννωμένων ἀδικίαν μητέρων. Ita enim legendum.

Pag. 82. A. lin. 3. 4. Ἡμᾶς δὲ δευάζει) Praclare ad eam mentem Seneca epist. 74. *Quemadmodum stultus est, qui equum emturus, non ipsum inspicit, sed stratum eius ac frenos: sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste, aut ex conditione, qua vestis modo nobis circumdata est, aestimat.* Idem epist. 76. sane egregie: *Hoc laboramus errore, sic nobis imponitur: quod neminem aestimamus eo quod est, sed adiicimus illi ἔσταν ea, quibus adornatus est. Atqui quum voles veram hominis aestimationem inire, ἔσταν scire qualis sit, nudum inspicere. Ponat patrimonium, ponat honores, ἔσταν alia fortuna mendacia, corpus ipsum exuat: animum intueri, qualis quantusque sit, alieno an suo magnus.*

Pag. 83. C. lin. 5. 6. καὶ διανοίας ὑπὸ φιλοτιμίας) Huc pertinet, quod Plinius lib. 36. cap. 12. *Pyramidas Regum pecunia stultam atque otiosam ostentationem* appellat.

Pag. 84. B. lin. 10. 11. Φόβος ἀπαίειν) Forte ἀπολίπειν.

Ibid.

Ibid. D. lin. 1. κατὰ τὰς τὰύρας) Respexit ad Homericum illud Troianis exprobratum:

Οὐ γὰρ παρδαλέης τόσον μὲν Ⓞ, ἔδὲ λέοντι Ⓞ.

Pag. 85. C. lin. 8. μισθολὸν ἔ παντάπασιν) Forte μὲν pro ἔ substituen- dum.

Pag. 86. A. lin. 1. 2. Ἐσι δὲ πρῶτον μὲν εὐσεβής) Sequuntur notæ aliquot, siue χαρακτῆρες optimi Principis; qui eo spectant, ut ea omnia in Constantio inesse demonstret. Confer cum his quæ Synesius Orat. de Regno disputat: vbi pleraque iis consentanea reperies. Mirum autem, Iulianum coram Constantio Θεραπείαν Θεῶν, ac de Diis tam multa dicere. An postea, quum edidit, ita commutavit?

Pag. 90. C. lin. 8. μετὰ ξυνέσεως στρατιωτικῆς) Emendanda hæc lectio: ita ut primum στρατιωτικῆς scribas; tum post ξυνέσεως distinctionis notam appingas.

Pag. 91. B. lin. 10. κελῆς τῶν λιθογνομόνων) Trium horum probationes & βασανιστήρια Themistius quoque Orat. i. numerat: Καὶ διὰ τῆτο ἐξέυρηται ὑμῖν πολλὰ μὲν ἔ χρυσῆ, πολλὰ δὲ ὑακίνθων βασανιστήρια. Scribe, πολλὰ δὲ αὐ λίθων, pro ὑακίνθων. Totidem enim probandas merces paullo ante recensuerat. Adde facilem lapsum Librarii fuisse, ut pro αὐ, να scriberet.

Pag. 92. B. lin. 9. χορευτὴν τινα αὐτῶν) Leg. συγχορευτὴν. Et alludit ad Platonis figmentum: qui in Phædro choreas illas Deorum animorumque describit, vbi regum animos cum Diis pariter circummagi docet.

Pag. 93. C. lin. 11. 12. τὴν κλῆσιν ὑπὸ τῆς) Terent. Heaut.

Atque hæc perinde sunt ut illius animus, qui ea possidet.

Qui uti scit, ei bona: illi qui non utitur recte, mala.

Pag. 94. A. lin. 6. ἔτι πρῶτον ὦν λίαν) Indicat Constantini in Crispum sævitiam.

Pag. 95. B. lin. 8. τῆς μὲν γε λίαν ἀρχαίων) Quæ deinceps sunt, vitio laborant. Nos utcumque sententiam expressimus.

Ibid. C. lin. 6. νεαρὰ τὰ ἐνδικήματα) Scrib. ἀδικήματα.

Pag. 96. A. lin. 2. 3. ἔδὲ μὲν εἰ τις ἐκείνω) Titianum Senatorem significat a Magnentio missum, qui insolentius erga Imperatorem sese gesserit. Zosimus lib. 2.

Ibid. D. lin. vlt. λοιδορίαν τρεψάμενον) Malo δεξάμενον.

Pag. 97. B. lin. 6. ἄνδρες τῆς γερασίας) Propterea Orat. i. Romam in Pannoniam translata esse dixit.

Ibid. D. lin. 7. ἐξ ἀπειλῆς νεφῶν) Forte ἐξαπίνης.

Pag. 98. C. lin. 1. διηγῆσθαι βέλεσθαι) Forte διηγῆσαί το βέλεσθαι. vel ante, τὸ καὶ τὴν εὐνοίαν.

Ibid. C. lin. 3. 4. Ἄνθρωπος τῶν ἐπιλαχθέντων) Sylvanum intelligit. De quo Orat. i.

Pag. 100. D. lin. 5. 6. βέλεσθαι περ ἐπικειῶς) Deprauatus nonnihil locus. Cæterum de hoc proverbio: Pinus in morem, adi Paræmiographum.

Pag. 101. C. lin. 7. καὶ ὡς ἔδὲ ὦν ὄρα) Simillima est eiusdem Constantii apud Themistium laus Orat. 14. Βασιλεὺς δὲ ἔ φιλονεικεῖ πρὸς τὰς ὄρας, ἀλλὰ καὶ τὰυτῆ ἐπέλα τῷ Θεῷ. ἔδὲ γὰρ ὅσα αὐτῆ ἢ ὄρα φύει πρὸς ἐαυτὴν ἀτέχναστα καὶ ἔτοιμα παραμύθια, ἔδὲ τῶτων ἀλίσκεται κατὰ τὸ ξυμφέρον.

Ibid. D. lin. 2. 3. ἀνέχων καὶ πρὸς τὸ κρῖ Ⓞ) Sic idem Themist. "Ὅτι δὲ

τὸ σῶμα βασιλικὸν σερεώτερόν ἐστιν ἀδάμαντι ὑπὸ τῶν πόνων. ἔτω ῥαδίως αὐτὸ καὶ εὐκόλως ἐμπιέζει μὲν ἐνδεία, δέψη δ' ἀνιά, θυρυγυλία δὲ ἐποτρύνει, ἀρβιάλλει δὲ χειμῶνι, καύματι δὲ ἐπιδίδωσιν.

Ibid. D. lin. vlt. πρὸς ἔργον τρέπεσθαι) Quod opus illud est? An ab hoc ludicro & umbratili litterarum otio, ad alias, ut puta armorum, exercitationes transferre se oportere dicit? Nempe quia Caesar, & prouinciis atque exercitiis praefectus erat.

AD ORATIONEM III.

Gallo Caesare, Iuliani fratre, a Constantio vita & dignitate ob immanitatem exuto, de eius propinquis ac necessariis atrocissimae quaestiones habitae. Ac parum omnino abfuit, quin Iulianus ipse, nonnullorum praesertim calumniis in odium atque inuidiam adductus, interficeretur. Sed ab Eusebia Imperatoris coniuge defensus ac seruatus est. Auctor Zosimus initio lib. 3. & Ammianus lib. 15. Atque eadem annitente postea Caesar a Constantio dictus est. Horum igitur in se meritorum ac beneficiorum gratias hac oratione refert, quae Eusebiae commendationem ac praconium complectitur.

Pag. 102. B. lin. 6. 7. ὅσις ἔδρα κακῶς) Delenda negatio.

Pag. 104. A. lin. 9. 10. καὶ τὰς ἐπαίνας ἔσυγράφων) Posses & ita vertere: *laudationes scribens non erubescibat.*

Pag. 105. A. lin. 7. ἀλλ' ἄνωθεν) Delenda vox ἀλλά.

Ibid. A. lin. 8. ἔχει δὲ αὐτῷ τὰ ὑπερ) Homer. Odyss. η.

Pag. 107. B. lin. 1. πρὸς ἑσπέραν τὸ Ὠρειόν) Ita Dionysius ὁ περηνγηθῆς Graeciae limitem ab Occidente circumscripsit: ut Eustathius animaduertit. Nempe ab Oriente Thraciam: ab Occidente Oriciam, ab urbe Orico dictam, statuit.

Pag. 108. A. lin. 1. μετὰ βαλῆσαν δὲ διὰ) Perplexe & implicate dictum. Hoc enim sibi vult: regiam apud Romanos potestatem, commutato duntaxat nomine, penes Coss. resedisse. At illud verba ipsa significant: Consulari potestati nomen aliud inditum. Quod falsum est. De Consulari dignitate suo tempore Cassiodorus libro 1. epist. 2. vbi *fastigium dignitatum* illum vocat.

Ibid. D. lin. 2. ἔ τῶ παντὶ καλαδέεσσερον) Vitium huius lectionis nemo non videt. Desiderantur haec verba, ἔ διδόναί τῶ παντί. At veteres codices habent, ἢ τῶ παντί.

Pag. 109. A. lin. 11. ὅς ἐπειδὴ πατρῶαν ἐσίαν) Haec si vera sunt, tum demum Eusebiam duxisse Constantium necesse est, quum mortuis fratribus solus orbi pene vniuerso, ut hic noster loquitur, imperare coepit. Neque enim aut ante illorum obitum ἀπάσης τῆς οἰκουμενῆς κύριος, hoc est, orbis totius dominus esse potuit: aut vero ab eo, qui inuasisset, paternum Imperium recipere. Quid igitur historicis illis facias, qui diu antea Eusebiam illum habuisse coniugem narrant? Sic enim ferunt: statim post Constantini obitum Arii erroribus imbutam Constantii vxorem Eusebiam ab nefario illo Presbytero, cui Constantinus testamentum suum commiserat: eamque virum suum secum in praecipis traxisse. Eusebius quoque lib. 4. de Vita Constantini, Constantio ait matrimonium a

Patre

Patre procuratum: qui illum & manu sua deduxit, & splendidum ac lautissimum conuiuium instruxit; in quo & virorum cœtus ac mulierum separati fuerunt, & in populos ac ciuitates amplissima sunt munera distributa. Quocirca dubitari non potest, quin prior illa Constantii coniux alia quam Eusebia fuerit. Victor in Epitome: *Ex coniugibus, inquit, quas plurimas sortitus est, præcipue Eusebiam dilexit.* At vulgo primam Eusebiam, secundam & vltimam Faustina[m] nemo- rant; e qua nata est Constantia postuma, quæ Gratiano nupsit. Ammian. lib. 21. Vide Epistolam ad S. P. Q. Atheniensem pag. 272. D. vbi quænam prior illa coniux fuerit adnotauimus.

Pag. 110. A. lin. 9. καθάπερ ἐν ἐχούσας) διελθεῖν ad ἐκνώμιον pertinere puto, vt hic sensus sit: quasi proprium illius præconium instituere ac persequi nequeamus, de qua hæc habetur oratio.

Pag. 111. D. lin. 10. γελοιώτερον νομίζει) Alia lectio ὑπολορνεύειν habet. Apud Suidam voce γελοῖον, ita legitur: Καὶ παρρημία, γελοιώτερον ἀπεργάζη τῶν τὰς κέλους ὑπολορνεύειν ἐπιχειρήτων, ἢ καθάπερ τὸν Μυρμηκίδην ἀντιπροστί- μενον τῇ Φειδῆς τέχνῃ. Quæ verba ex hoc loco translata sunt, sed mendose, vt aliâ multa. Ex quibus tamen scribendum hic videtur, ἢ καθάπερ.

Pag. 112. A. lin. 1. τὸν Μυρμηκίδην) Plin. lib. 7. cap. 21. Myrmecides quidam in eodem genere inclaruit: a quo quadrigam ex eadem materia, (ebore) quam musca integeret alis, fabricatam, ἔσανεμ, quam apicula pinnis absconderet.

Pag. 113. C. lin. 10. ἐν τῇ σαυτῶ χερδία) Nihil hac lectione vanius. Coni- ciebam, eam in has voces resoluendam, ἐν νήσῳ Σχεεῖα. Quod Phæacum in- sulæ, siue Corcyræ nomen est. Stephanus. Mox vero ἐθέλησας, pro ἠθέλη- σας legendum.

Pag. 114. D. lin. 1. Ἀθήνησι μὲν ἐν) Illustris locus, & ad prouerbii huius sen- tentiam intelligendam plane necessarius. Illud enim perperam hæcenus explica- tum est. Nec recte Parcemiographus ad stupidum & nullius iudicii hominem refert.

Pag. 117. B. lin. 1. 2. Πυνθάνομαι γὰρ δὴ καὶ Δαρείον) Sylofontis historiam refert Herodotus Thalia. Meminit & Iulianus Epist. 29. pag. 402.

Ibid. D. lin. 3. 4. τῆδε σφόδρα) Scrib. τόδε.

Pag. 118. B. lin. 1. ἢ δὲ ἐπειδὴ) Ammianus: *Qui quidem nefando assentato- rum cœtu urgente perisset, nisi aspiratione superni numinis, Eusebia suffragante regi- na, ductus ad Comum oppidum Mediolano vicinum, ibique paulisper moratus, pro colendi ingenii causa, vt cupidine flagrauit, ad Graciam ire permissus esset.*

Pag. 119. C. lin. 5. τὸν παλαιὸν ἐκείνον Μάσηλα) Pausanias Corinth. Μάση- τι δὲ ἔση πόλει τὸ ἀρχαῖον, καθὰ καὶ Ὀμηρὸς ἐν Ἀργείων καλαλόγῳ πεποίη- κεν, ἐπινείω καθ' ἡμᾶς ἐχρῶντο Ἑρμιονεῖς. Stephano vero vrbs est Argiæ. Ad- dit & paludem eiusdem esse nominis, & pagum.

Ibid. C. lin. 5. 6. τὴν Πειρήνην δὲ αὐτὴν) Quid hic sibi velit, diuinandum est. Pirene quidem fons est ad Acrocorinthum Corintho proximus. A qua tamen haud procul abest Sicyon. Ac Sicyonem a philosophiæ, ac reliquarum artium, maxime poetices, studio commendare videtur. Nam per eadem tempora sapi- entię professorum fama & auctoritate ciuitas ista floruit. Siquidem Themistius Orat. 14. Iamblichi discipulum quendam mirifice collaudat, qui sua ætate, hoc est, etiam Iuliani ipsius, philosophiæ scholis summa cum dignitate præfuerit.

καταπέμψαι εἰς ἀνθρώπους εἰδείς ἂν ἀμφοιβητήσαι. Vide infra pag. 293.

Ibid. D. lin. 5. εἰδόντων τε (περιεργότερον) Proprie. Nam *περιεργοί* sunt magi, & curiosi. Augustinus lib. 10. de Civit. Dei cap. 16. *Respondeant theurgi, vel potius periurgi.* Hoc enim sunt illa omnes artes vocabulo digniores. Vulgo *periurgi*; in quo Viues frustra conflictatur.

Pag. 131. B. lin. 11. κοινότερον μὲν) Vox ista κοινότερον si absit, planior erit sententia.

Pag. 132. B. lin. 11. Ὁ θεὸς ἔστ') Vanissimæ huius & loquacissimæ disputationis mysterium est: a principe ac primario Deo νοητὸν quendam, & archetypum Solem editum fuisse; qui eandem prorsus σχέσιν & τάξιν in genere τῶν νοητῶν habeat, quam in αἰσθητοῖς ille, quem videmus, Solaris globus obtinet. Tria itaque discernenda sunt: princeps ille Deus, qui τὰγαθὸν a Platone dicitur, ὁ νοητὸς ἥλιος, ὁ φαινόμενος δὲ σκοτεινός. Vide Macrobius lib. 1. in Somn. Scip. cap. 2. Nazianzenus vero Orat. 34, quæ est de Theologia, Platonis locum elegantissime tractat; de quo mox Iulianus. At Philo libro περὶ κοσμοποιίας de Sole aspectabili & νοητῷ loquitur.

Pag. 136. A. lin. 1. Εἰς Ζεὺς) Versus iste ex Orpheo petitus est. Vide Macrobius lib. 1. cap. 18. & cap. 20. de Sarapide.

Pag. 141. B. lin. 8. τῶν ἡλιακῶν ἀγγέλων) Meminit Iamblichus in vita Pythag. Proclus in 2 Hesiodi librum.

Pag. 142. D. lin. 9. ἐπεὶ καὶ Ἀειπολέλης) Locus est Ethic. ad Nicom. 7. in calce libri: ex quo mendosum hunc Iuliani locum castigare potuimus, si quid mutare animus fuisset. Legendum porro videtur: τὸ γὰρ θαλέρα, φησὶ, τῶν ἐν ἡμῶν φύσεων ἡδὺ, τῇ πρὸς ταύτην, &c.

Pag. 146. A. lin. 6. τὸν Χαλιιδέα, φημί) Scripsit Iamblichus librum de mysteriis Ægyptiorum; in quo sub Ægyptii sacerdotis persona Porphyrii pistolæ ad Anebonem responderet. Ex illo libro multa Iulianus in hunc transtulit. Capite porro 17. differit Iamblichus περὶ τῶν ἐμφανῶν θεῶν, id est Sole, Luna, & cæteris. Vertit hunc e Græco librum Nicolaus Scutellius Tridentinus: sed adeo imperite & absurde, nulla uti periodus veram auctoris sententiam exprimat. Editus est Romæ liber anno MDLVI. At Marsilius Ficinus antea non tam Latine opus ipsum, quam ex opere illo selecta quædam interpretatus erat, & tamen sic quasi integer esset, Iamblichi de mysteriis librum inscripsit: quod consilium nemo prudens laudare, nedum imitari debeat.

Pag. 149. B. lin. 8. καὶ τὸ δὲ αὐτό) Eustathius in Comment. ad Iliad. α. pag. 83. hunc ipsum e Iuliano locum citat; cuius verba libet hic adscribere: Ὁ δὲ παραβάτης ἐν οἷς Δία νοεῖ τὸν ἥλιον ἐξ αὐτῆς γενέσθαι λέγει τὴν Ἀθηναίαν, ἥτοι τὴν προνοίαν. Διὸ φησὶ, καὶ θεία μοῖρα Ὀμηρος ἀπεμαντεύσατο τὸ,

Γιοίμην ὡς τίειτ' Ἀθηναίη, καὶ Ἀπόλλων.
γενναῖα δὲ φησὶν, ἅκ' ἐξ ἀκροτάτου μέρους, ἀλλὰ ὅλην ἐξ ὅλης. ὅτι δὲ Ἀθηναῖα προνοία λέγεται, φέρει ἐκείνη καὶ χρῆσιν τοιαύτην.

Ἰκετο δ' ἐς Πυθῶν, καὶ ἐς Γλαυκῶπα προνοίην.

Quibus ex verbis desperatissimus alioqui versus emendatur; vti & ex MS. codicibus, in quibus pro Γλαυκῶπα legitur Γλαυκῶνα. Pausanias in Phocicis meminit, ædem sacram apud Delphos esse τῇ Ἀθηναῖα προνοία, cui Cræsus clypeum aureum consecrauit. Ac de variis Solis appellationibus, cæterisque quæ ad Iulianum

num illustrandum pertinent, erudite copioseque scripsit Hieronymus Aleander vir doctissimus in Explicatione Heliacæ tabulæ.

Pag. 154. C. lin. 10. *σύνουδ' ἀπειθείς*) Ad illud respexit, quod a Dionysio, Plutarcho, aliisque proditum est; sub ipsam Romuli conceptum, & obitum, Solem defecisse. De qua re vide quæ lib. 9. de Doctrina temporum, cap. 48. & lib. 10. cap. 21. disputamus.

Pag. 155. A. lin. 2. *ἄσβεσον ἐξ ἡλίου*) De Vestalibus loquitur: atque hic locus observatione dignus est. Etenim ex eo plane constat, ignem illum perpetuum, si forte restinctus esset, e Sole recuperatum. Festus tamen igniarium e felicitis materiæ tabula ad id assumptum esse refert: quam tamdiu terebrabant, dum ignem conciperet. At Plutarchus in Numa ab Iuliano facit. Quippe si quando ignis extinctus est, negare Romanos ait alio ex igne fas esse succendi, sed novum ex ipso Sole parandum: quod scaphiis, siue vasculis adhibitis præstant, quorum latera trianguli æquilateri ac rectanguli specie constant: quæ in vnum centrum a circumferentia ita coeunt, vt exceptis a Sole radiis, & in angustum coactis, ignem concipiant. Hæc non in Græcia, sed Romæ fieri, diserte Plutarchus asserit: etsi leue mendum subest. Legendum enim: *εάν δὲ ὑπὸ τύχης τινὸς ἐκλίπη, κατὰ πέρ' Ἀθήνησι μὲν ἐπὶ τῆς Ἀρεισίων λέγεται τυραννίδος ἀποξεδῆναι τὸν ἱερὸν λύχνον. ἐν Δελφοῖς δὲ, ἔναξ καλαπρησέντι ὑπὸ τῶν Μήδων. καὶ δὲ τὰ Μιθραϊκά, καὶ τὸν ἐμφύλιον Ῥωμαίοις πόλεμον, ἅμα πρὸ βωμῶ τὸ πῦρ ἠφανίσθη. ἔφασιν δὲ ἄλλοι ἑτέροις πυρὸς ἐνάυεσθαι.* vulgo legitur, ὁ φασὶ μὴ δεῖν, &c. Sed suspensa sententia est, & ἀνακόλυσθαι, nisi ita, vti nos facimus, hunc locum concipias. Et Lipsium eruditissimum virum corrupta illa lectio in eam sententiam induxit, vt Plutarchum crederet morem illum ignis e Sole iuscitandi Græcis solis, non Romanis adscribere: quos idem ille non Solis, sed igniarium beneficio idipsum curare solitos putat. Verum non est quod de Romanis Plutarchum loqui dubitemus; si recte illius orationem expendimus. Atenim obscure sane Iulianus rem explicat, & mendosus hic locus videtur. Primum quid est, quod *κατὰ τὰς διαφόρους ὥρας* ignem ait a Vestalibus asseruari? An quia per vices excubabant? vt ex Liuiio idem Lipsius obseruat cap. 8. Quid illud porro; ignem a Vestalibus eum custodiri, qui a Luna circa terram, & ab eodem illo Deo proficiscatur? Forte an expungenda sunt ista, ὑπὸ τῆς σελήνης. Nam sententiam turbant.

Ibid. A. lin. 9. *οἱ μῆνες ἅπασιν μὲν τοῖς*) Hic locus arguit Iuliani tempore, præter Romanos & Ægyptios, reliquas nationes lunares menses & annos usurpasse. Quod commode capiendum est; vt pleræque, non omnes, id fecerint. Vide lib. 4. Var. Dissert. cap. 12.

Ibid. B. lin. 4. *καὶ ἀγομεν ἡλίω τετραετηρικῶς*) Eusebius Chronic. anno MMCCXC. Primus, inquit, agon Solis ab Aureliano institutus est.

Pag. 156. A. lin. 11. *Οὐ γὰρ, οἶμαι, καθ' ἡν ἡμέραν*) Attente legendus hic locus. Solis festum eo die celebrari scribit, non quo Sol conuertitur, id est, Septentriones versus cursum suum inflectit, sed aliquanto postea: hoc est, non in diem ipsum solstitii festum illud incidere. Celebrabatur autem, vti mox dicitur, octauo Kalend. Ianuar. quo die solstitium a Iulio Cæsare constitutum est, siue brumæ dies: idemque vulgo octauus habebatur ab eo, quo Sol Capricornum erat ingressus: propterea quod cardines temporum in octauis signorum partibus fieri putabant. Hac ratione Solis *πάρουδ' in Capricornum* incidet in xviii Decem-

cembris diem. Quod in aliis itidem mensibus, signisue continget: ut puta Solis ingressus in Arietem XV Kalend. April. congruet: æquinoctium vero VIII Kalend. Idque ex Ouidii Fastis, Varrone, Columella, Plinio, aliisque constat. Vide quæ lib. 4. de Doctrina Temporum cap. 27. diximus, & lib. 2. Variar. Dissertat. cap. 5. Hæc mens Iuliani fuit: non, quod suspicari aliquis posset, existimasse ipsum, quod res erat, solstitium, siue potius ingressionem Solis in Capricornum ante diem illum accidere.

Pag. 156. B. lin. 10. ii. *ἡ δὲ τῆς νεομηνίας*) Insignis locus, idemque perobscurus. Ludi in honorem Solis *Inuicti* celebrabantur VIII Kalend. Ianuar. hoc est, ipso die Natalis Christi Domini. In Kalendario Romano, quod ad Constantini tempora directum edidit Georgius Herwartus, vir eruditissimus, & nos in Auertario excudendum curauimus; Decembri mense, ad VIII Kalend. Ianuar. adscriptum est: *N. Inuicti C. M. XXIV*, hoc est, *Natalis Inuicti, Circenses, Missus XXIV*, Qui sunt vnus diei Circenses, ait Seruius ad hæc Virgilii lib. 3. Georg. *M. in zircensibus*

Centum quadriungos agitabo ad littora currus.

Erat & in veteri Romano Kalendario *Inuicto Ioui* festus dies Eid. Iun. Sed & Augustinus lib. 7. de Ciuit. Dei cap. ii. inter Iouis cognomina recenset, *Inuictum*. Sed mirum quod illos ipsos ludos celebratos esse refert post vltimum mensẽ Saturni, hoc est, Decembrem: quum eiusdem XXV die notentur. Si quis coniecturæ locus est, crediderim vocem *μῆνα*, e glossẽmate esse, quod ignarus aliquis sententiæ verioris adnotarat: itaque legendum, *μετὰ τὸν τελευταῖον τῆς Κρόνου ποιεῖμεν Ἡλίω τὸν ἀειφανέσαστον ἀγῶνα*. Ita vox *ἀγῶν* communis erit tam muneribus, siue gladiatorii spectaculis, quæ per Saturnaliorum dies præbebantur, quam ludis Circensibus. Ait Iulianus, statim post vltimum Saturnaliorum spectaculum celebrari, splendidissimum Solis agonem. Saturnalia septem diebus olim agebantur: ut ex Macrobio lib. 1. cap. 10. viri docti pridem obseruarunt. Eadem post emendatos a Iulio Cæsare Romanos Fastos XVI Kalend. Ianuar. cœperunt; quum antea XIV Kalend. inirent. Hoc modo vnus amplius dies Constantini tempore Saturnalibus accessit. Nam a XVI Kalend. ad IX, octo numerantur.

Ibid. C. lin. 2. 3. *μεθ' ὃν ἔδδεν θέμις*) Huius loci sententiam nobis R. P. Iacobus Sirmondus *ἑυθυβόλω*s aperuit. Obseruauit enim, in Kalendario illo Constantiniano nullo alio mensẽ, præterquam Decembri, Muneris nomen adscriptum esse: quod est gladiatorum spectaculum, vel bestiariorum. Ita, posterius hoc insigniit S. Prosper lib. de glor. Sanct. in Perorat. vbi ludorum genera omnia spiritalem ad sensum vsũque transferens, inter alia: *In munere, inquit, habes Danielem sanctum, leonum vim non ferro, sed oratione vincentem*. Ab ante diem octauum Kalend. Ianuar. deinceps nullum munus exhibebatur. Hoc Iulianus voluit.

Pag. 157. B. lin. 2. *τὴν ἐνδεχομένην αἰδιότητηα*) Nam Roma *Vrbs aeterna* proprie dicta.

AD ORATIONEM V.

Scripsit hanc orationem Iulianus eo tempore, quo contra Persas profectus per Phrygiam iter habuit, ac Pessinuntem deflectens matris Deum delubra veneratus est. Ammian. lib. 22. Ac tum sacris illius restitutis Callixenem praefecit antistitem, ut ex epist. 21. eiusdem Iuliani constat. Testis est huius rei Libanius Orat. Panegy. in Iuliani Consulatum, (tomo II. pag. 247.) quam anno sequente Antiochia habuit; & in funebri 2. quae ordine 10. ponitur, pag. 300. ubi hanc ipsam Orationem vna nocte elucubraram esse scribit, quod & Iulianus profitetur. Id autem aestate sub ipsum solstitium fecisse sequentis initio demonstrat.

Pag. 159. B. lin. 9. καὶ ἀνέστη, Φασί, ἐπὶ τῷ τῷ Μητρῶν) Vti Romae in aede Saturni ararium ac tabularium fuit, ut in Rom. Quaest. Plutarchus refert; sic Athenis in Metroo, id est, Deorum matris aede, publicae tabulae ac leges custodiebantur. Athenæus de Apellicone Teio homine locuplete, & antiquitatis studioso lib. 5. scribit, ipsum e Metroo psephismata clarorum quondam virorum scripta manu suffuratum esse. Meminit Harpocratio, Pollux, Suidas. Demosthenes περὶ παραπροσβείας. Ἄλλ' ὑπὲρ μὲν τῆς ἐξωμοσίας, ἐν τοῖς κοινοῖς τοῖς ἡμετέροις γράμμασι ἐν τῷ Μητρῶν ταύτ' ἐστίν, ἐφ' οἷς ὁ δημόσιος τέτακται. Metroo dicit, in quo civitatis erant tabularia, praefectum fuisse τὸν δημόσιον, id est, publicum officialem, & actuarium. Fallitur enim Vlpianus, qui οἶκον significari putat.

Pag. 161. C. lin. 1. παρ' αὐτὸν τὸν τῆς ἀγιστείας) Castum Latini vocant, hoc est, ritum illum, quo se certorum ciborum delectu, & aliorum abstinentia, purgatiores faciebant. Cuiusmodi in sacris Isidis & Cybeles mos fuit. In his quidem pane ac vino temperabant; quum interim phasianis & turturibus indulgerent, ut lib. 2. contra Iovinianum scribit Hieronymus. Arnobius lib. 5. *Quid temperatis ab alimonia panis, cui rei dedistis nomen castus; nonne illius temporis imitatio est, quo se numen ab Cereris fruge violentia mœroris abstinuit?* Apud Suidam in voce Μηρωνακά, incertus Auctor μηρωνακάς κασείας vocat. τὰς δὲ μηρωνακάς παρὰ Ῥωμαίοις, ἢ καὶ περὶ τὴν παρὰ Φρυγίαν, παραπροσβείας κασείας ἐκείνης μηνὸς ἡγνευε. *Matrales castimonias, quae a Romanis, & ante hos a Phrygibus observabantur, singulis sibi mensibus indicebat.* Ergo singulis mensibus castimoniam aliquid usurpabatur.

Ibid. C. lin. 1. 2. ἀκῶ μὲν ἔγωγε) Scripserat Porphyrius librum de allegoriis Graecae & Aegyptiacae Theologiae, περὶ τῆς ἀλληγορημένης Ἑλλήνων καὶ Αἰγυπτίων θεολογίας, ut ex Eusebio colligitur lib. 3. de Praeparat. ubi multa ex illo libro testimonia producit: quibus Stoicorum more, quae de Diis fabulose prodita sunt, naturales ad causas referre nitebatur. Hunc librum negat se vidisse Iulianus, neque scire, utrum in eandem cum illo interpretationem incurrat. Ac diversa sane est utriusque ratio. Etenim Porphyrius apud eundem Eusebium, de Praeparat. lib. 3. pag. 66. Attin flores significare dicit, qui vere germinant, & ante fructuum maturitatem excidunt. Vnde & virilia sibi amputavit Attis. Quam eius sententiam Augustinus expressit lib. 7. de Civit. Dei cap. 25. *Propter vernalem quippe faciem terrae, quae ceteris temporibus est pulchrior, Porphyrius philosophus nobilis Atyn flores significare perhibuit; & ideo abscisum, quia flos decidit ante fructum.*

Ful-

Fulgentius Mythologico idem refert: *Athīs enim, inquit, Græce flos dicitur.* Nempe quasi *ἀνθός*. Arnobius vero lib. 5. Atyn scribit ex eo nominatum, quod Lydi scitulos sic vocant; *vel quia hircos Phryges suis Atagos elocutionibus nuncupant.* Quod confirmat Eustathius ad Odyss. 1. ubi ab Ionibus quibusdam *ἀτήγες* vocari ait hircos. Quam varie vox illa Græce Latineque scribatur, ignorat nemo. Nam *Ἄτης, Ἄτυς, Ἄτης, vel Ἄτης* dicitur; & hoc postremum a Laconibus cum aspiratione vsurpari scribit Hesychius; sic enim verba eius interpretor: *ἀτήν, τὸν ἀτήν Φασὶ Λάκωνες.* Ad illam *ἀνθός* notionem fortean alludens noster postea *Ἐ ἀνθήσασιν* verbum ad Atyn accommodat: *ὃν δὲ Φησὶν ὁ μῦθος ἀνθήσασιν μὲν ἐκλεθέντα παρὰ Γάλλους ποταμῶ ταῖς δῖναις.* Quum autem multiplex sit rerum principium, quod tertium locum obtinet, genitalem quandam vim ab astris delapsam ad infimas mundi partes deriuat. Hanc ipsam vim Attin esse nugatur Iulianus. Confer cum his quæ in oratione de Sole de triplici perinde principio differit. Vide & Iulianum Firmicum lib. de errore profan. relig. cap. 3.

Pag. 162. A. lin. 10. 11. *Ἄλλ' ὁρῶμεν, Φησὶ Περὶπατητικὸς τις*) Xenarchus iste Peripateticus quispiam fuerit ætate Iuliani, cuius hic testimonium affert: sed obscure sãne, & minus intelligenter loquitur. Etenim Xenarchus, vt apparet, rerum omnium causas adscribebat quinto, & orbiculari corpori. Sed vtum idem nihil vltra quærendum arbitraretur, neque intelligibilem aliquam perscrutandam esse substantiam, adeoque Aristotelem ac Theophrastum ob eam curiositatem argueret, id vero non satis liquido constat. Hæc igitur, *γελοῖον δὲ καὶ Ἀριστοτέλης, &c.* tanquam a Xenarcho dicta, an a seipso, Iulianus proferat, non plane dixerim. Et videntur potius esse Xenarchi, quam Iuliani: quibus ille statuat, in quinto corpore sistendum esse, quum causas rerum inquirimus, nec vltius esse tendendum. Notissimum illud est Peripateticæ scholæ decretum: Deum, siue primum motorem, primæ sphaeræ insidere, nec vltra hanc illius prouidentiam extendi; quod Laertius asserit. Plutarchus quoque in Philosoph. Placitis cap. 3. Aristotelem præter tria principia, & elementa quatuor, quintum quoddam statuere corpus ait. Itaque nusquam Deus inter principia numeratur: quemadmodum primus Anaxagoras materiæ effectorem atque artificem adiunxit Deum, hoc est, mentem: quam & Pythagoras, & Zeno, & Plato, rerum omnium molitioni præfecerunt. Ideo cum Platonis Philosophia coniungendam esse Peripateticam Iulianus affirmat. Feruntur tamen & Aristotelis aliquot sententiæ, quibus Deum omnium rerum principium esse significat: vt lib. 1. Metaph. cap. 2. *ὅ, τε γὰρ θεὸς δοκεῖ τὸ αἰτίον πᾶσιν εἶναι, καὶ ἀρχή τις.* Qua de re plura Franciscus Patricius Tomo 2. Discuss. Peripatet. lib. 3. & Tomo 9. lib. 4.

Pag. 168. C. lin. 9. *Τέμνεσθαι γὰρ Φασὶ*) Arnobius lib. 5. *Fluore de sanguinis viola flos nascitur, & redimitur ex hac arbor.* Inde natum *ἔ* ortum est, nunc etiam sacras velarier *ἔ* coronarier pinos. Et postea: *Quid enim sibi vult illa pinus, quam semper statis diebus in Deum matris intermittitis sanctuario? Nonne illius similitudo est arboris, sub qua sibi furens manus *ἔ* infelix adolescens intulit, *ἔ* genitrix Diuum in solatium sui vulneris consecrauit?*

Ibid. D. lin. 2. *τῆ τεύτη δὲ τέμνεται*) Quid aliud putem, quam illo die exsecari quempiam solitum, qui inter Gallos adscribebatur? Indicat Augustin. lib. 7. de Civit. Dei cap. 96. *Huic monstro nec Iani monstrositas comparatur. Ille in simulacris habebat solam deformitatem; ista in sacris deformem crudelitatem. Ille membra in lapidibus addita; hæc in hominibus perdita.* Lactantius lib. 1. cap. 21: *Ab isto genere sacrorum non*

minoris insanie iudicanda sunt publica illa sacra: quorum alia sunt matris Deum, in quibus homines suis ipsi virilibus litant; amputato enim sexu, nec viros se nec foeminas faciunt. Alia virtutis, quam eandem Bellonam vocant; in quibus ipsi sacerdotes non alieno, sed suo cruore sacrificant. Sectis namque humeris, & utraque manu districtos gladios exerentes currunt, efferuntur, insaniunt. In utrisque lacris, tam Bellonae, quam matris Deum, corpora sua lancinabant, & sanguinem mittebant; ut Tertullianus in Apologetico significat. Idem & in libro de Pallio, Belloniarum fanaticam discursionem, de qua Lactantius, his verbis explicat: *quum ob diuersam affectionem tenebrica vestis, & tetrici supra caput velleris, in Bellonae montes fugantur?* Erant haud procul Carthagine, quantum suspicari licet, montes ita nominati; forte quod Bellonae, ac Bellonariis sacrati; in quibus insanis illis cursitationibus operabantur. Vnius horum mentio fit in Gestis purgationis Cæciliani & Felicis, quæ post Acta Collationis Carthagine habitæ, inter Catholicos & Donaristas, edita sunt: *Victor respondit: Fugeram hanc tempestatem: & si mentior per eam. Quum incursum pateremur repentina persecutionis, fugimus in montem Bellonae.* At Salmasius in Notis ad Tertullianum de Pallio pag. 320. negat vsipiam legi montes ita dictos, & Interpretes irridet, qui horum rationem habuerint. Verba hic illius adscribam, ut quam verum sit Thucydideum illud dictum omnes intelligant, ἀμαθία μὲν θρασείς, ὀκνηροὶ δὲ τὸ λελογισμένον ἀπεργάζεσθαι. imperitia fieri temerarios ac præcipites homines, prudentia vero tardos & cunctatores. Belle, ait Salmasius, fecerunt eruditi commentatores, qui montes istos Bellonae tanquam scopulos aliquos vitauerunt. Illi cautiores: sed nos, ut audentiores, ita & fortasse feliciores, qui montes istos in planum redegimus. De Bellonae montibus, in quos fugarentur Bellonarii, nihil legisse bellos interpretes certo scio: nec me sane legere memini. Vides confidentiam: cui par inopia iudicii, dum pro his verbis, in Bellonae montes fugantur, scribi imperat, in Bellonae, mentis fugantur. Quod, inquit, indubitate verum est. Hic primus temeritatis gradus. Proximus est, quod hanc bonæ mentis inanem ariolationem in contextum impexit nouæ illius editionis, quam ex veteribus adornauit: ut ex eo cognoscas, quorsum euasura sit licentia, si per agnatos ac gentiles impune & effuse vagari Bellonariis istis Criticis liceat.

Ibid. D. lin. 3. ἐπὶ τέτοις ἡλάρια) Hilaria in honorem matris Deorum VIII Kal. April. celebrata sunt, postridie eius diei, quo sanguis mittebatur; qui erat IX Kal. Tertull. in Apolog. In Calendario Herwartii eo die notatur, *Sanguen, dies Ægyptiacus.* De Hilaribus Macrobius lib. 1. Saturnal. cap. 21. Herodianus lib. 1. Lampridius in Alexandro; Vopiscus Aureliano; Damascius apud Photium Cod. CCXLII. col. 1054. edit. græcolat.

Pag. 172. D. lin. 7. ἦν ὁ Χαλδαῖος περὶ τὸν ἐπιάνθηα) Chaldaum istum scriptorem eundem esse puto, cuius de purgatione animarum sententiam Porphyrius affert apud Augustin. lib. 10. de Ciuit. Dei cap. 9. vbi de purgatione animæ per theurgiam, vel theurgicas teletas, siue consecrationes, hoc est, magiam, vel goetiam.

Pag. 173. A. lin. 9. Τελεῖται γὰρ περὶ τὸν ζυγόν) Duplex mysteriorum celebritas fuit. Nam alia maiora Boedromione peracta sunt, sub ipsum autumnalis æquinoctii tempus: alia minora Anthesterione, sub æquinoctium vernum; de quibus alibi scripsimus.

Ibid. C. lin. 12. καὶ ὁ τέτων ἐξάρχων) Hierophanta, qui mysteriis præerat, ab re vxoria penitus abstinebat. Hieron. contra Iouin. lib. 1. Vide Meursium in Eleusin. cap. 13.

Pag. 174. B. lin. 9. Τὰυτα ἀκηκῶς μινυειζόντων) Ad Christianos ista sine dubio pertinent, qui superstitiones istas castimonias traducebant: quorum e numero se fuisse aliquando fatetur.

Pag. 175. D. lin. 2. ἐρρίζωται δὲ ὡσπερ) Hic locus mendosus videtur; neque quid καλάμης vox istic faciat, satis apparet. Deesse nonnulla puto, quibus matris seminis mentio fiat; quod quidem καλάμη sustinet.

Pag. 176. A. lin. 7. μήλα μὲν, ὡς ἱερά) Significat ita mala in his sacris adhibita; ut vesci non liceret. Sane hæc amoris symbola sunt, & Matris Deum fabulæ hac ratione congruunt.

Ibid. C. lin. 1. Δοκεῖ δὲ ἔμοι γε δοιοῦν ἕνεκεν) Vide Porphyrium lib. 4. περὶ ἀποχῆς. Plutarchum Sympos.

Ibid. D. lin. 2. ὡς ἵππον Ῥωμαῖοι) Mense Octobri equus Marti sacrificabatur, qui October dictus. Vide Festum, & Plutarchum Quæst. Rom. Idem & Rubigalibus rutilam canem immolabant. Quod a d. VII Kal. Maias fiebat. Ovidius lib. 4. Fastorum:

Est canis; (Icarium dicunt) quo fidere moto

Tosta sitit tellus, præripiturque seges.

Pro cane sidereo canis hic imponitur aræ:

Et quare fiat, nil nisi nomen habet.

Festus: Rutilæ canes non procul a rubro colore immolantur, ut ait Ateius Capito; canario sacrificio pro frugibus, deprecanda seuitia causa sideris canicula. Plinii hac de re locus eximius est libro 18. cap. 29. Rubigalia, inquit, Numa constituit anno regni sui XI, quæ nunc aguntur ad VII Kal. Maji, quoniam tunc fere segetes rubigo occupat. Hoc tempus Varro determinat, sole tauri partem decimam obtinente; sicut tunc ferebat ratio. Sed vera causa est, quod post dies vndeuginti ab æquinoctio, per id quadriuum, varia gentium obseruatione, in IV Kal. Maji canis occidit, sidus est per se vehemens, est cui præoccidere caniculam necesse sit. Alludit ad canarium sacrificium, quod sub occasum caniculæ fiebat, ad procurandum sideris illius satis exitabilem afflatum. Huic ergo præoccidere caniculam oportet; hoc est, canem qui immolatur: non utique Procynis stellam, ut imperitissime scripsit Solinianus Exercitator. Sed vide Variarum nostrarum Dissertationum lib. 2. cap. 10. & lib. 7. cap. 1.

Pag. 177. C. lin. 1. τῆτον δὲ, ὡς χθόνιον) Huc ea pertinent, quæ a plerisque de suillo genere disputata sunt; quum rationem redderent, quare Iudæi, aliique, ab illis carnibus abstinere. De quo Clemens Alexandr. lib. 3. Pædag. & Strom. 2. ac 3. Porphyrius lib. 1. περὶ ἀποχῆς falsam causam prodidit, quare Iudæi & Phœnices abstinere: nimirum, quod apud illos sues non essent. Φοίνικες δὲ καὶ Ἰσραηλιῖται ἀπέσχοντο, ὅτι ἐδ' ὅλως ἐν τοῖς τόποις ἐφύετο. Sed falsitatem arguit historia illa porcorum, in quos dæmones immissi sunt; Matth. 8. Marci 5. Lucæ 8.

Pag. 180. C. lin. 1. καὶ τὸ βίβιον πέρας) Quam secundum voti illius sui exitum habuerit ineptissimus declamator, & perfidus apostata, euentus docuit. Nam sequenti anno, VI Kal. Iul. misere periit. Quare hoc epiphonema in Anglicano codice ad oram adscriptum erat: Ἀξίως ἐν τῷ τρόπῳ, καὶ τῆς εὐχῆς τὸν θεοσυγῆσιν βίβιον καλέσσειας, ἀσεβῆσαι.

AD ORATIONEM VI.

Meminit Orationis huius Libanius Orat. 10. Tomi secundi; ubi in ipsa contra Persas expeditione tam hanc, quam superiorem in honorem Matris Deorum, a Iuliano scriptam esse testatur, singulis noctibus singulas: δύο γὰρ ἐὺθύς τότε ἔδειξεν ἔργον μιᾶς ἡμέρας, μᾶλλον δὲ νυκτὸς ἐκάτερον. ὧν ὁ μὲν ἐπάταξεν ἄνθρωπον, νόθον Ἀντισθένης μιμητὴν, ἀλογίῳ φράσει τὸ πρᾶγμα ὀριζόμενον. ὁ δὲ πολλά τε, καὶ καλὰ λέγει περὶ τῆς μητρὸς τῶν Θεῶν. *Duas igitur (orationes) tunc edidit, unius opus diei, immo noctis, singulas: quarum altera certum hominem ferit, adulterinum Antisthenis imitatore, qui professionem istam inconsiderata quadam audacia metiebatur; altera vero de Deorum matre, multa & preclara disputat.* Quibus ex verbis orationis huius argumentum colligitur. Scripta est videlicet contra Cynicum, nescio quem, qui Diogenis in victu severitate ac durezza damnata, delicias consecrabatur & luxum.

Pag. 180. D. lin. 1. Ἄνω πόλιων) Alludit ad Xeniadis, a quo emtus est Diogenes, dictum illud; cuius meminit Laertius in Diogene.

Pag. 181. A. lin. 2. καὶ τὰ ὅλα τῆς Θεᾶς) ὁ Θεὸς per antonomasiam Sol. Vide eruditissimum Aleandrum in Heliaca Tabula. Hinc autem colligas, sub æstivum solstitium & hanc & superiorem a Iuliano scriptam.

Ibid. A. lin. 3. ἀλλὰ καὶ τὴν ἐδωδὴν) Athenæus lib. 8. Διογένης ὁ κύων ὠμὸν πολύποδα καλαφαγῶν, ἐπιθεμένης αὐτῷ τῆς γαστρὸς ἀπέθανε. *Diogenes Canis quum polyrum crudum deuorasset, citata alio mortuus est.* Laertius polyrum quidem mortis illi causam attulisse refert, sed eo quod, quum canibus illum eripere ac partiri vellet, eorum moribus appetitus sit. Verba Diogenis: ἄλλοι φασὶ πολύπυρον κυσὶ συμμερίσασθαι βυλόμενον ἔτω δηχθῆναι τῆς ποδὸς τὸν τένοντα, καὶ καλασρέψαι. *Interpres συμμερίσασθαι vertit partiri canibus; quasi diuidere vellet in canes. Sed est, participem esse cum canibus.*

Ibid. A. lin. 11. ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκεῖνον Διογένης) Expungenda vox Ἀντισθένης. Huius porro historię Diogenis & Antisthenis meminit Laertius.

Ibid. B. lin. 8. τῆς κείνης γυμνοτέροις) Prouerbiū est hæcenus, quod equidem nouerim, a Paræmiographis omissum. Eodem pertinet, quod κείνον de πτωχῶ dici refert Hesychius & Suidas. Quanquam aliter in Euangelio veritas ipsa; quæ lilia sic vestita esse dicit, vt ne Salomon quidem ita coopertus fuerit.

Ibid. C. lin. 8. οἷς εἰ μὲν πείθειν) Forte πείθονται.

Pag. 183. A. lin. 9. Ἀρξώμεθα δὲ) De hoc Sapientis dicto, *Nosce teipsum*, vide Ciceronem lib. 5. de Finibus.

Pag. 184. B. lin. 10. Ἐπισήμη γὰρ οἱ Θεοί) Eadem apud Synesium leges initio libri de Insomniis.

Ibid. C. lin. 7.8. ὡς περὶ γὰρ ἡ ἀλήθεια) Vide Lucianum in Hermetimo.

Ibid. D. lin. 7.8. κατὰ τὸν Πύλιον γέροντα) Odyss. γ.

Ibid. 186. C. lin. 1. αἶτε γὰρ φρυλλόμενα) Diogenes Laertius Philiscum Æginetam Diogenis Cynici discipulum tragœdiarum illarum facit auctorem, quibus Diogenis nomen erat inscriptum. Vide Suidam. Citatur ab Athenæo lib. 14. Diogenes Tragicus in Semele. Itaque pro Φιλίσσος rescribendum hic est Φιλίσκος.

Quan-

Quantum in sequenti oratione Φίλιπον vocat. De quo lepidam historiam referunt ii, quos nominavi, Laertius & Suidas.

Pag. 187. A. lin. 6. Φημι γὰρ δὴ τὴν Κυνικὴν) Plato in Sympof.

Ibid. C. lin. 2. 3. τὸ γὰρ γένει οὐκ ἔστιν Οὐνόμαστος) Cynicus acer & insignis, a quo multa contra oracula disputata apud Eulebium extant in libris de Præparat. Euangel.

Ibid. C. lin. 5. Λέγασσι μὲν γὰρ) Vide Laertium, & Ciceronem lib. 3. de Orat.

Pag. 188. A. lin. 3. καὶ παραχάραξον τὸ νόμισμα) Quod & facere ipsum hortatus est Delphicus dæmon, & reipla cum patre perfecit in patria; unde & fugere coactus Athenas, ibidem philosophari instituit. Ab eo quod est παραχάραξις, *paracharaximum* numum, aut signum, populari consuetudine dici auctor est Cassianus Collat. 1. cap. 20. & Collat. 2. cap. 9.

Ibid. B. lin. 3. 4. Τὸ γὰρ, γνῶθι σεαυτὸν) Plutarchus de εἰ apud Delphos: ὁ μὲν γὰρ θεὸς ἕκαστον ἡμῶν ἐνλαύθα προσιόντα οἷον ἀπαζόμενος προσαγορεύει τὸ, γνῶθι σεαυτὸν. *Deus unumquemque nostrum hac adeuntem velut salutans compellat his vocibus: Nosce teipsum.*

Pag. 195. B. lin. 7. ἀνὴρ ἀπολις, ἄοικος) Cujusmodi sunt execrationes, & ἀραῖ Scenicæ, quas euenisse sibi Canis iste gloriari solebat. Laertius.

Pag. 198. C. lin. 4. 5. ὑπὸ τὴν Χάρυβδι) Diogenes, vt refert Laertius, γαστέρα Χάρυβδι ἔλεγε βίβις.

Ibid. D. lin. ult. 8 γὰρ ἐκ τῶν μαζοφάγων) Meminit Diogeniani huius dieti Porphyr. lib. 1. περὶ ἀποχῆς.

Pag. 199. D. lin. 2. Μνημοσύνης καὶ Ζηνός) Hi sunt Cratetis versus, quos ille, tanquam parodiam ad Solonis elegos accommodauit. Eosdem & sequenti Oratione repetit p. 217.

Pag. 200. D. lin. 3. Ἐπεὶ καὶ τῶν ταύρων) Virgilius lib. 3. Georg. 229

Ergo omni cura vires exercet, & inter

230 Dura iacet pernox instrato saxa cubili,

Frondebis hirsutis, & carice pastus acuta.

Et tentat sese, atque irasci in cornua discit, &c.

AD ORATIONEM VII.

Altera hæc est contra Pseudocynicos oratio, & ex eo grege nebulonem quendam Heraclium: qui coram Iuliano, & ejus amicis, orationem habuerat, in qua de Diis parum prudenter ac religiose locutus videbatur; tum de Cynica professione quædam imperite iactauerat. Maxime vero Iouis atque Panos vocabulis abusus erat Cynicus ille, vt ex Iuliani verbis colligitur. Hæc loquacissimo & ineptissimo vanæ superstitionis patrono causâ fuit orationis huius elucubrandæ: cuius præcipuum argumentum est in explicanda origine, natura, vsuque fabulæ; quod de ea sermonem idem ille Cynicus instituerat.

Pag. 205. D. lin. 2. 3. τοξόται δέ) Nam arundines, e quibus sagittæ fiebant, in Creta, & in India præsertim, optimæ proueniunt. Plinius lib. 16. cap. 35. Theophrastus lib. 4. Hist. Plant. cap. 12. genus quoddam arundinis τοξικὸν appellat, idem κρηλικὸν nominari dicit.

Pag. 207. A. lin. 4. ὅς τ' μύθος διαφέρει) Quid sit αἶν[Ⓞ], aliter explicat Eustathius Iliad. θ: & idem esse ait atque αἰνίγμα, siue γρίφον. Sed ad Iliad. λ interpretatur μυσθώδη λόγον, ἢ παραίνεσιν. quod cum Iuliano congruit. De fabula, & eius origine, vide Aphthonium. Sed nimis anguste τὸν μῦθον accipit noster. Nam & Æsopi, qui princeps huius rei fuisse creditur, fabulæ μῦθοι simul & αἶνοι sunt, & illo sapius, quam hoc vocabulo, censentur. Nihilominus μύθος intelligit, quales sunt poeticæ fabulæ.

Pag. 209. B. lin. 2. εἰ τί σοι τ' ταῦτα γέν) Oenomai librum aduersus Oracula laudat identidem Eusebius in libris de Præparat. Vtrum præter hunc alterum scripserit, sub illa inscriptione quam hic Iulianus exprimit: ἢ τ' κυνὸς ἀποφωνία: an id ea verba significant, quod in versione posuimus; non temere dixerim.

Pag. 210. D. lin. 9. 10. καὶ τὰ Μαγνητῶν κακὰ) Sumtum id ex Archilocho, ut e Strabone colligitur lib. 16. Vide utrumque prouerbum apud Suidam, & Pæremiographum. Apud Suidam sine auctoris nomine Iuliani locus iste legitur.

Pag. 212. D. lin. 7. ἐλόμενον γὰρ αὐτόν) Vide Laertium.

Pag. 214. A. lin. 2, 3. ἀλλὰ ἢ τῆς Ὀλυμπιάδ' ἡ χιλιόμβη) De hac Chiliombe nihil alibi legi.

Ibid. C. lin. 6. ὅτι τῷ Διὶ συμβασιλεύει) Nam Cynici crebro id sermone referebant: de felicitate cum Ioue se contendere.

Pag. 217. B. lin. 9. ἔχνεσιν ἀνδρός) Iamblichum intelligit.

Pag. 220. C. lin. 10. εἰδ' Ἀβδηρῶν) Abderus videtur Herculis famulus fuisse: quo cum Diomedem Thraciæ regem vicit, & occidit. Hyginus Fabula 30.

Pag. 223. B. lin. 1. εἶτε Ἀνατόλι' ἑτοσί) Fuit Anatolius iste Officiorum Magister, quo tempore cum Iuliano Imperatore in acie contra Persas occubuit. Ammianus lib. 25. Memorius vero Præses fuit Ciliciæ: cuius idem meminit lib. 23. De Salustio frequens in Iuliani scriptis, & historia mentio. Isti omnes cum Iuliano Cynici declamationi interfuisse videntur.

Pag. 224. A. lin. 11. ἀποτακτικὰς τῶν) Verissima est coniectura nostra, ἀποτακτικὰς hoc loco scribendum. Proprie renunciatores vel renunciantes Latini Patres appellarunt: ut Cassianus. Cum his perditus Apostata Cynicos suos comparat.

Pag. 227. A. lin. 7. Πλατάρχης δὲ εἰ τὰ μυθικά) Huius a Plutarcho scripti operis nulla mentio in Catalogo Lampriæ.

Ibid. B. lin. 11. Πλαστίω ἀνδρὶ πρὸς βασιλῆα ἦν) Sequentis fabulæ interpretatio Oedipum non desiderat. Nihil enim facilius est, quam quo illa spectet intelligere. Quippe de Constantino, eiusque filiis, ac Iuliano illorum consobrino, capienda est.

Pag. 228. C. lin. 4. παλαιὰ καὶ νέα μνήματα) Ita martyrum memorias & basilicas sceleratus Apostata nominat.

Pag. 232. B. lin. 3. ὁ μὲν μοι ἔφη) Constantium perstringit.

Pag. 235. D. lin. 7. σὺ δὲ ἀρετῆς) Potest & ἀφελῶν retineri; ut ipsummet Cynicum iubeat, inuidiosis verbis ablati, quod deest supplere per sese. Reliqua ad marginalem notam exigenda sunt.

Pag. 238. D. lin. 9. ὡς περ Σωκράτης) Credo expungendas voces istas ὡς Ἀριστοτέλης. Nam de Socrate quæ sequuntur accipienda sunt.

IN EPISTOLAM
AD S. P. Q. ATHENIENSEM.

Scripsit hanc epistolam Iulianus paullo post id tempus, quo in Galliis Imperator acclamatus, a Constantio defecit, & aduersus eum cum exercitu profectus est. Testis est enim Libanius, tunc illum varias ad ciuitates Græciæ literas dedisse, vt per illas se apud reliquas nationes de suscepto imperio purgaret. Οὕτω δὲ (ait in Panegyrico in Consulatum Iuliani pag. 242.) πλείω λόγον τῆ μὴ δοκεῖν ἀδινεῖν, ἢ τῆς νίκης αὐτῆς ἐπεποιήσο, ὡς ἐν μέσοις τοῖς δεινοῖς ἐμβεβηκώς, δι' Ἑλλήνων ἅπασιν ἀνθρώποις ἀπελογοῖτο, πέμπων ἐπιστολάς ἐπέεισε κατὰ τὰς ἐκείνων τρόπους, μείζους, ἐλάττους, τὸ μέσον ἐχέσας· ὡς ἐμελλον τοῖς δεξομένοις ἀρμόσειν. Adeo vero maior illi cura erat iniuriæ purgandæ, quam obtinenda victoriæ; vt cum mediis ipsis in periculis versaretur, per Græcos se apud mortales omnes purgare institueret, scriptis illuc epistolis pro cuiusque ciuitatis moribus, aliis longioribus, aliis breuioribus, aliis mediocribus, pro eo atque consentaneum erat iis ad quos ille dabantur.

Exponit igitur hac epistola rationem consilii sui, & quibus a Constantio provocatus iniuriis patienter hæcenus tulerit: ac quemadmodum militari consensione inuitus ac renitens ad imperium euectus sit, vberime describit. Equidem ex omnibus Apostatæ illius monumentis, nullum esse publica luce, atque eruditorum hominum, præsertim vero historiæ studiosorum, lectione dignius arbitror. Nam quum totam illius gestæ rei narrationem accurate persequitur: tum plerisque ab Ammiano cæterisque super hac re memoriæ proditis lucem affert: ac denique complures historiæ particulas & περιάσεις continet, quæ haud alibi leguntur. Athenas autem & Athenienses quantum Iulianus adamauerit, ac quibus de causis eo se contulerit, declarat Gregor. Nazianzenus Orat. 2. σηλητ.

Pag. 270. C. lin. 9. ἐξ μὲν ἀνεψιῶν) Sex a Constantio patruelles, aut consobrinos, interfectos ait; patruos duos. Hos quidem in historia illorum temporum inuenio: Constantium Iuliani patrem, & Dalmatium, quem Anaballianum alii vocant, ambos Chlorig filios, ex Theodora Maximiani Herculi priuigna; Constantini fratres. Patruelles vero consobrinosue tantummodo tres exhibent historici: Dalmatium, & Anaballianum Dalmatii, & Nepotianum Eutropiæ sororis Constantini filios: quorum cæteri subinde post Constantini obitum militari conspiratione cæsi; Nepotianus post Constantis necem oppressus est, non tamen a Constantio, sed a Magnentio tyranno. Hæc Socrates lib. 3. cap. 1. Zosimus, Eutropius, Victor. Itaque duos tantum ἀνεψιῶν a Constantio interfectos lego: cæteros diligens atque eruditus lector inquiret.

Ibid. D. lin. 1. ἀδελφόν τε ἐμόν) Ex hoc loco discimus, quod a nullo, quantum quidem meminerim, Scriptore proditum est, præter Gallum Cæsarem, alterum fratrem, & quidem natu isto maiorem, habuisse Iulianum: quem hic manifeste a Gallo diuersum facit, & a Constantio ante quam Cæsar iste fieret interfectum significat. Quis autem, quoue nomine appellatus fuerit, nescire me fateor. Sed neque Socrates nouit.

Ibid. D. lin. 3. ἐμὲ δὲ καὶ ἕτερον ἀδελφόν) Socrates lib. 3. cap. 1. scribit Gallum,

lum, quod affecta valetudine haud diu victurus putabatur, Iulianum, quod octennis esset, viuere permisisse. Minus a Socrate id quidem accurate. Neque enim octennis, sed quinquennis fuit. Nam mortuus est anno ætatis altero & tricesimo, Christi vero CCCLXIII. Constantinus autem obiit CCCXXXVII.

Pag. 271. B. lin. 5. ἐν ἀγρῷ τινι) Ammianus lib. 15. accusatum refert Iulianum, quod a Marcelli fundo in Cappadocia posito ad Asiam demigrarat, liberalium desiderio doctrinarum, & per Constantinopolim transeuntem viderat fratrem. Hunc ἀγρὸν seu fundum mox κλήμα vocat: atque ita apud Latinos possessio pro fundo. Paschasius Lilybetanus Epist. ad Leonem P. *Quedam vilissima possessio Meltinas appellatur in montibus arduis*, &c. Glossarium: κλήμα pradium, fundus, possessio, κλημάλοφύλαξ saltuarius. Eam Iurisconsulti *massam* appellant. Sed & Ammianus lib. 14. de Gallo: *Natus apud Tuscos in massa Veternensi*. Septuaginta Interpretes Osæ capite 2. versu 15. pro eo quod in Hebræo legitur: *וְדָתָה לְהֵי אֶת הַכְּלָמִים* & dabo ei vineas eius, vertunt: καὶ δώσω αὐτῇ τὰ κλημάλα αὐτῆς.

Ibid. B. lin. 7. τὸν μὲν Διὸς * * * Φυγῆς) In scripto codice vox erat τρατ quam diuinare nequiuimus.

Ibid. D. lin. 7. καὶ γὰρ εἶ τι παρὰ τὸν τρόπον) Expressit hanc Iuliani de fratre sententiam Libanius in Panegyrico de Iuliani Consulatu pag. 234. vbi & litterarum meminit, quibus ille priuatus Gallum iam Cæsarem officii monuit: εἰ μὲν ἐν παρθείῳ τὸν νῦν τοῖς τῆδε γράμμασι ὁ ἀδελφὸς, ἦν ἂν νῦν συζυγία παρθευατῶν. καὶ γὰρ ἦν οἱ βασιλεύων, βασιλεύοντα νεφελῆν. ὡς δὲ ὁ μὲν ἀνεὶλος ἀπεληλύθει, λέγειν ἔχων τι παρὰ τῶν πεπραγμένων: ἐπὶ δὲ τῆτον ἐκλεῖναι τὰς μέμψεις, ὁ ἐκείνον ἀπεκλονῶς ἐβέλετο μὲν, ἠπόρει δέ. Φόνος μὲν ἔσχε, πλάναις δὲ ἐκάκισ, δίκας λαμβάνων ὧν ἐφαλεῖν ἐν εἶχεν. *Ac si huius quidem litteris animum suum frater accommodasset, par nunc principum haberemus. Erat enim eiusmodi, ut regnantem monere priuatus auderet. Verum postquam ille indicta causa necatus est, qui factorum suorum excusationem afferre posset aliquam; & in istum criminationes transferre, qui alterum occiderat, vellet; sed id facere non posset; ita cade eius abstinuit, ut in varia loca transportando fatigaret, atque ita quorum accusare illum non poterat, eorum pœnas repeteret.* In his Libanii verbis legendum apparet, ἐκλεῖναι τὰς μέμψεις, alioqui nulla sententia est. De indole Galli testatur & Nazianzenus in Steliceut. 1. καὶ γὰρ ἦν, εἰ καὶ τὴν φύσιν θερμότερον, ἀλλ' ἐν γνήσει εἰς εὐσέβειαν. *Erat enim tametsi natura feruidioris, pietatis tamen minime simulate.*

Pag. 272. A. lin. 2. 3. καὶ ἔξ αὐτῆς τῆδε) Sensem, quem potuimus, iis verbis expressimus: quæ mihi haud integra videntur.

Ibid. D. lin. 4. τὸν τῆς ἀδελφῆς ἀνδρα) Constantiam Constantini filiam, Constantii sororem, duxerat Gallus. Ex hac susceptam esse filiam Iulianus significat: tum Galli sororem Constantio ante nupsisse. Quæ posteriora duo ab hoc vno, quod sciam, auctore prodita, hætenus erant ignota. Horum prius illud Iuliani ex oratione leuiter castigata deducitur. Nam ἀδελφιδῆς pro ἀδελφιδῆς apparet esse scribendum. Natus est Gallus eodem, quo Iulianus, patre, matre Galla, Rufini & Cerealis sorore: quos trabex Consulares nobilitarunt, ait Ammianus lib. 14. Huius Gallæ filiam ante Eusebiam videtur duxisse Constantius. Atque haud scio, an hæc ipsa sit, qua cum, patre superstite, ac conciliatore, Constantius nuptias celebrauit; vt refert Eusebius in Vita Constantini. Sane plures illum vxores habuisse testis est Ammianus: quod ad tertiam Orationem obseruauimus.

Pag. 273. D. lin. 1. Ἰσε δὴ πρῶθεν ἀκοῆ) Horum nominum sparsim apud Ammianum extat mentio : sed utrum illi ipsi viri sint, quos hic Iulianus appellat, non facile dixerim. De Dynamio certo pronunciarī potest, cuius ille meminit lib. 15.

Ibid. D. lin. 7. 8. ὅσον ἔπω & Νείλα) Hæc non intelligo : sensum tamen, utcumque licuit, expressi. De sequenti historia plenius Ammianus & Zosimus. Vide & Orat. III. in Eusebiam.

Pag. 274. A. lin. 8. ἀλλ' ὁ Θεοῖς ἐχθρός) Eusebius cubicularius, spado; quem Iulianus ad imperium euectus occidit.

Pag. 275. A. lin. 1. 2. Πηγὰς μὲν ἐν ὀπόσας) Eadem Libanius Orat. Panegy. in Iuliani Consulatum pag. 235. C. qui & nonnulla totidem fere verbis hac ex oratione transtulit.

Pag. 277. A. lin. 6. Καὶ τὸ μὲν ὄνομά μοι) Ammianus lib. 15. Dixit: moxque indutum purpura Iulianum, & Cæsarem cum exercitus gaudio declaratum, his alloquitur contractiore vultu submæstum. Purpuram igitur intelligit, quæ Cæsari cum Augusto communis fuit. Apud Capitolinum in Clodio Albino, Commodus in epistola ad Albinum scripta, quum hunc Cæsarem faceret, purpuram ei permittit, sed sine auro. Quia, inquit, ita & proavus meus Verus, qui puer vita functus est, ab Adriano, qui eum adoptavit, accepit. Quod proavum appellat Verum Commodus, præsertim quem puerum dicit; variis modis explicare student. Mihi duæ voculæ expungendæ videntur, ut sententia constet. Notatum ab imperita manu fuerat ad oram codicis, proavus meus, ad nomen Verus, quod Verum hunc putabat Annum esse Verum, avumque Marci. Sed est Ælius Verus adoptatus ab Adriano, paulloque post vita functus : quem proavum Commodi nullo idoneo sensu dici arbitror. Et nugæ sunt quicquid ad hunc locum Salmasius annotavit. Libanius Orat. Paneg. in Iuliani Imper. Consulatum, quum de eius ad summum imperium prouectione loquitur : πρὸς ἀξίς ἤκεν ἀδελφῆ τῆς πρῶτης, προσθεῖσα θαλασσίω χλαμύδι βαφῆ λιθοκόλλητον ταινίαν. Ad thalassii coloris purpuram, id est ἀλουργίδα, quam Cæsar acceperat, additum militari suffragio diadema refert.

Ibid. C. lin. 2. καὶ Φίλων πρισῶν, εἰς ἰατρὸς) Fuit hic Oribasius, qui apud Photium Cod. 217. in Præfatione ad Iulianum significat, se cum illo in Gallia degisse, atque opus quoddam suum absoluisse.

Ibid. D. lin. 1. 2. τετρακοσίαις ἐξήκοντα) Libanius Paneg. in Iuliani Consulatum eadem narrat, minus cccc illi datos esse milites, ἐν ἀκμῇ & χειμῶν: & reliqua, quæ ex hac oratione, ut iam dictum est, exscripsit. Ammianus lib. 15. scribit, Iulianum Cæsarem renunciatum VIII Eid. Nouembr. paullo post Helenam ei coniugem datam. Kalendis vero Decembr. in Gallias profectum. Quocirca perperam legitur hic πρὸς τρῶπας θεινάς pro χειμεινάς. Cum Iuliano missi sunt Marcellus & Sallustius, quibus omnis prouinciæ ac belli administratio commissa, ne quid Iulianus nouarum rerum moliretur.

Pag. 278. A. lin. 7. κακῶς δὲ, ὡς ἀκηκόατε) Iulianus Cæsar factus est Arbitione & Lolliano Coss. anno Christi cccclv. Eodem anno exeunte missus est in Galliam, ac Viennæ hiemauit, vbi & Consulatum primum adiit cum collega Constantio VIII, anno ineunte cccclvi. qui primus annus fuit Gallicanæ administrationis. Hunc infeliciter collocatum queritur Iulianus, nec vllum in eo pretium operæ factum. Atqui si Ammianum legas, intelliges minus quidem, quam pro Iuliani voluntate atque imperu, sed multum tamen contra Barbaros fuisse gestum. Viennæ quum esset, audito Germa-

Germanos in Galliam populabundos excurrere, atque ab Augustoduno ægre depullos esse, eos persequi instituit. Quibus & superatis, ac disiectis, Coloniam Agrippinam recuperavit: Francorum quoque reges ita terruit, ut ad pacem adigeret. *Quibus* (addit Ammianus) *vincendi primitiis latus per Treueros hiematurus apud Senonas oppidum tunc opportunum abscesit.* Quocirca scripsisse puto Iulianum, *ὁ καὶ ὡς ἀνηνάει*: ac mox, *πραχθέντων τῶν περὶ τῆς Σαρδικῆς.* Quum autem apud Senonas hibernaret cum paucis militibus, repente hostes aduolant, & urbem obsident; quum Marcellus magister militum agens in stationibus proximis dissimularet interim, nec opem ferret. Verum post vicesimum tandem diem abiire Barbari. Hæc Ammianus lib. 16.

Ibid. B. lin. 9. *ὡς δὲ καὶ ὁ στρατοπέδων ἀρχων*) Constantius ut ea, quæ ad Senonas perfide a Marcello erant gesta, didicit, *eum sacramento solutum abire iussit in larem;* (verba sunt Ammiani) *qui tanquam iniuria graui percussus, quadam in Iulianum moliebatur, auribus Augusti confusus in omne patentibus crimen.* Sed Eutherius spado, præpositus cubiculi longe fidelissimus, a Iuliano missus hanc calumniam discussit. Erat autem Marcellus iste Serdica oriundus, quo & exauctoratus abiit. Ita Ammianus, ut quidem a nobis emendatus est. Nam vulgata lectio neque integra est, neque illam sententiam exhibet. Quippe post longum super Euthero spadone de Eunuchorum improbitate sermonem Ammianus ad Marcellum rediens, ita scribit: *Nunc redeam vnde diuertii. Superato, ut dixi, Marcello, euersaque Serdica, vnde oriebatur, &c. Leg. reuersoque Serdicam.*

Ibid. C. lin. 8. 9. *ἀπαξ δὲ, καὶ δεύτερον*) Videtur legendum *ὁ καὶ ἑξήκοντος*. vti dicat, se deinceps quieuisse, quod semel iterumue esset tractatus indigne.

Ibid. D. lin. 7. 8. *δίδωσί μοι τῶν στρατοπέδων τὴν ἡγεμονίαν*) Quandonam exercitibus præfectus sit Iulianus, & quo iure in eos imperium habuerit; quaestione digna res est. Etenim post exauctoratum Marcellum, & in Sardicam remissum, id accidisse Iulianus ipse testatur. At idem significat, postquam imperium hoc nactus est, se & Coloniam Agrippinam, & aliud oppidum, quod Tabernas esse post paullo demonstrabimus, instaurasse cum aliis Galliarum urbibus, ita ut ad XLV a Barbaris receperit. Atqui longe ab his diuersa ex historia Marcellini colligunt. Nam Coloniam nondum primo, quo in Gallias missus est, anno vertente recuperasse Iulianum asserit, hoc est Constantio VIII, & Iuliano Coss. Christi CCCLVI, antequam Marcellus a Constantio missionem acciperet, quæ eodem exeunte anno, vel ineunte altero, contigit. Marcello suffectus est Seuerus vir militaris rei scientissimus, & neque discors, neque arrogans; quem se nactum esse mirifice gaudissus est Iulianus, *ὃς eum recta præeuntem* (ait Ammianus) *secuturus, ut ductorem morigerum miles.* Postulat sententia *morigerus*. Cum hoc & Barbatio missus est, qui ex altera parte Barbaros opprimeret cum xxv millibus. Hic erat Magister peditum, Seuerus autem equitum; ut docet Ammianus lib. 16. Ac si quis Iuliani verba cum Ammiani historia comparat, intelliget anno quam erat profectus in Gallias secundo, illud sibi in exercitus imperium esse delatum, nimirum Christi CCCLVII, quo cum Alemannis & Chodonomario rege conflixit, maturis iam segetibus. Nam isto ipso anno pro duce se gessit illius saltem exercitus, cui Seuerus præerat. Etenim Barbatio, qui alterum regebat, tantum abfuit ut illi pareret, ut ab eo se subduceret, neque periclitanti ferret opem. Quare quod ait, *δίδωσί μοι τὴν ἡγεμονίαν*

τῶν στρατοπέδων de omnibus verum non puto. Sed nec illud prætermiserim, primo ipso anno, quum adhuc Marcellus in Gallia versaretur, Iulianum Cæsarem non sic ducibus obnoxium fuisse, ut non imperium aliquod exerceret. Refert enim Ammian. lib. 16. anno illo, qui erat Christi CCCLVI, Remos profectum Iulianum, congregatum in vnum exercitum iussisse operiri præsentiam suam: cui tum exercitui præsidebat Vrsicini successor Marcellus; nec non Vrsicinus ipse, iisdem in locis adusque finem expeditionis illius agere iussus. Verum etsi titulo tenus pro potestate provinciam administraret, ac rem bellicam tractaret; Magistri tamen militum, uti Constantius mandarat, non illi penitus obtemperabant, sed in plerisque refragabantur. Adde, Iulianum hic oratorio more conditionem illam suam infra veritatem deprimere: quasi nulla fuerit eius tunc altera curatio, quam circumferendæ imaginis principalis. Sane Zosimus lib. 3. scribit, in digressu Constantium Iuliano permisisse, uti Gallias, pro eo atque expedire visum esset, ordinaret. Quod ut palam fecisse Constantius, ac præ se tulisse videtur; ita clam Præfectos suos consilia omnia factaque illius obseruare iussit, ac maligne interdum obtemperare. Vide Libanium Orat. in Iuliani Consul.

Pag. 279. A. lin. 1. 2. Τὸ μὲν ἔν πλῆθὺ τῶν πόλεων) Quadraginta vrbes in Gallia, quas euerterant Barbari, instauratas a Iuliano scribit Zosimus lib. 3. ubi & iisdem illi quam late Galliam obtinuerint, refert. Libanius totidem, quot Iulianus, enumerat. Nam ex hac epistola totam illam historiam expressit.

Ibid. A. lin. 4. δίχα τῶν πύργων) Burgos vertimus. Glossarium Henrici Stephani Πύργος, Turris, burgus.

Ibid. B. lin. 7. πόλιν τε ἀνέλαβον) Agrippinam Coloniam recepit anno primo, quo in Galliam venit, & Consulatum primum gessit.

Ibid. B. lin. 9. 10. καὶ τείχη Ἀγένηορα) Oppidum illud intelligit, quod Ammianus tres Tabernas vocat: alii Tabernas. Id enim haud procul Argentorato distat. Argentoratum Iulianus nominat Ἀγένηορα; vel, ut opinor, Ἀργένηορα, quomodo & Zosimus: ut ex amborum consensione non facile mendi notanda sit hæc appellatio, tametsi Argentoratum sæpius nominetur. Iulianus anno secundo Gallicanæ administrationis, quo Consul ipse II fuit, & Constantius IX, quum Germani Gallicani limitis ad Rhenum partem maximam occuparent, secundis aliquot præliis factis, ad reparandas tres Tabernas sese conuertit, (ait Ammianus lib. 16.) munimentum ita cognominatum, haud ita dudum obstinatione subuersum hostili: quo ædificato, constabat ad intima Galliarum, ut consueuerant adire, Germanos arceri. Sed quum plura sint illius tractus oppida, quibus Tabernarum nomen congruit, de his ab Iuliano resectis quæritur. Philippus Cluuerius lib. 2. Germaniæ antiquæ cap. 12. suspicatur apud Ammianum mendose scriptum esse tres Tabernas, ac legendum videri Rheni Tabernas. Nam ad Rhenum in Nemetibus Tabernas esse sitas, quas hodie Rhein Zabern vocant: non autem illas esse, quas in Triboccis positas, quæ est hodie Alsatia, commemorat Itinerarium Antonini, quum ab Argentorato per Tabernas, Decempagos, & Diuodorum ad Treueros iter designat. Sed in eo fallitur. Nam Tabernæ, quas Iulianus instaurauit, sine dubio sunt Alsatice ad Voségi radices sitæ. Nam pro Barsago, quæ vox nihili est, substituendus est Vosagus, vel Vosagus mons, ad cuius radices hodieque Tabernæ collocatæ sunt. Quare non possunt illæ esse Rhenanæ, ut putat Cluuerius. Neque vero firma satis argumentatione coniecturam suam affirmat. Nam, inquit, ideo ab Iuliano Tabernæ instauratæ sunt, ut aditus ad Gallias intercluderetur hosti. At stultum fuisse, & amen.

Et amentia plenum, ad Alsaticas Tabernas expectare hostem: atque hinc demum Gallia eum repellere: quum multo satius foret, in ipso limite, id est in Rheni ripa, ei obstare transituque eum arcere. Verum ante praelium illud, quo Germani victi, & eorum dux Chodonomarius captus est, limitem ipsum Galliae, ac Cisrhenanum illum tractum, qui Argentorato vicinus est, obtinebant Barbari, nec nisi post victoriam multis denique aliis praeliis inde pulsi. Quare non id Tabernarum instauratione quarebat Iulianus, ut ab limitis aditu, ac Cisrhenana regione barbaros arceret: quod nondum poterat; sed ne ad intima Galliarum penetrare possent, id efficere studebat: nimirum in Mediomatticos, ac Treuiros, interioresque reliquas Galliae prouincias, quibus muniendis opportunum erat Tabernarum oppidum. De hac Germanorum clade, ac Iuliani victoria, deque Tabernarum istarum refectioe, loqui putat Aufonium Scaliger initio elegantissimi carminis, quo Mosellam describit: sed insigniter hallucinatum esse, recte Cluuerius demonstrat capite undecimo libri eiusdem.

Ibid. C. lin. 2. 3. *Ἐνθα τῶν θεῶν δόντων μοι*) Chodonomarium intelligit, qui in fuga ipsa prolapsus in coenulentam voraginem, captusque, ad Constantium est missus. Zosimus lib. 3. per hallucinationem vocat hunc Vadomarium. Sed alius, & a Chodonomario diuersus iste fuit, de quo Ammianum consule: qui & stolidam super hac Iuliani victoria Constantii ambitionem in fine libri 16. narrat.

Ibid. D. lin. vlt. *ἑξακοσίων νηῶν*) Zosimus octingentas numerat, quas e materia ad Rheni ripam quaesita fabricatas esse refert; ut in Britanniam nauigantes frumentum & annonam praesidiis adueherent. De tot nauibus extructis haud scio an meminerit Ammianus. Scribit quidem lib. 18. Iulianum ciuitates excisas a Barbaris communiisse, horreaque pro incensis extruxisse, vbi condi posset annona a Britannis sueta transferri.

Pag. 280. B. lin. 7. 8. *ὑπεδεξάμην μὲν μοῖραν*) Ammianus lib. 17. scribit, anno illo, quo Darianus & Cerealis Coss. fuerunt, Iulianum contra Francos Salios expeditionem sumsisse, qui olim apud Toxoandriam sedem sibi fixerant: quos adventu subito perterritos deditionem facere coegit. Exinde Chamauos deuicit. Zosimus lib. 3. ut solet, hallucinatur, & Quados pro Chamauis ponit, quos ait Saxonici generis fuisse, & a suis trans Rhenum in Galliam missos Francos Salios ex insula Rheni Batauia, in quam a Saxonibus compulsi fuerant, expulisse: qui necessitate coacti in Romanum limitem sese receperunt. At Iulianus, Saliis benigne receptis, in Quados exercitum duxit; quos & mira quadam ratione per latrocinia, ut ipsi consueuerant, duce quodam Charietone, profligauit. Ac tum memorabile illud accidit de reguli Chamauorum filio, quod ex Eunapii historia in Legationum Excerptis legitur, & ab Zosimo breuius exponitur.

Ibid. C. lin. 7. *τεῖτον ἐπεραιώθην Καῖσαρ ἔτι*) Ter omnino, quum Caesar adhuc esset, trans Rhenum profectus est, anno Christi CCCLVI, CCCLVIII, & CCCLIX. De duobus posterioribus diserte scribit Ammianus. Primae non meminit: sed colligitur ex iis, quae lib. 16. refert, quum anni CCCLVII gesta perscribens, ait Iulianum ad praelium cum Germanis & Chodonomario faciendum eo praesertim incitatum fuisse, quod *anno nuper emenso, Romanis per transrhenana spatia fusius volitantibus, nec visus est quisquam laris sui defensor, nec obuius stetit: sed concade arborum densa undique semitis clausis, sidere vrente brumali, agre vixere Barbari longius amandati.* Quae verba anno, quem dixi, Iulianum trans

Rienum bellum Germanis intulisse significant, adeoque instante iam hieme, Quod sub illud tempus accidit, quo Agrippinam recuperavit.

Ibid. C. lin. 8. *δισμυεῖς ἀπήτησα*) Rem omnem fuisse declarat Zosimus. Vide Legationum Excerpta ex Eunapio.

Pag. 281. A. lin. 6. *Λυπικῖνον, Φησί*) Lupicinus iste in Britanniam profectus erat per id tempus, quo Iulianus a militibus Imperator est factus: ac ne quid contra novum Imperatorem moueret homo superbæ mentis & turgidus, missus est notarius Bononiam, qui oram illam obseruaret. Ammianus lib. 20. De aliis tribus nihil certi pronunciare licet. Horum vnus videtur esse Florentius: qui, vt idem refert, sub ipsa Iuliani principatus exordia Vienna, vbi tum erat, fugit ad Constantium. Iulianus *caritates omnes cum re familiari intacta, publici cursus vsu permissis, ad Orientem redire tutius imperavit.*

Ibid. D. lin. 4. 5. *ὡς δὲ ὁ μὲν εἰς ὁ πονηρότατος*) Marcellum intellige: de quo supra.

Pag. 282. A. lin. 10. 11. *γραπτὸς ἡμῖν δός*) Proficiscenti Iuliano libellum Constantius dedit, quo non modo quæ erant agenda præscribebat, sed etiam victus ac quotidiani sumtus rationem taxabat. Ammianus lib. 16. *Denique quum legeret libellum assidue, quem Constantius, vt priuignum ad studia mittens, manu sua conscripserat, prælicenter disponens quid in conuiuio Cesaris impendi deberet, &c.*

Ibid. B. lin. 6. *Ὅσα μὲν ἐν ἐπεχειρήσειεν*) De Pentadio quod queritur, valde miror. Nam Pentadii meminit Ammianus lib. 20. quem ait Officiorum magistrum fuisse Iuliani, & ab eodem Imperatore iam facto cum Eutherio cubiculi præposito ad Constantium missum. Non potest igitur is esse, quem sibi, quum Cæsar adhuc esset, infensum hic Iulianus fuisse dicit.

Ibid. C. lin. 1. 2. *Παῦλον, Γαυδένιον*) Paulus notarius cruentis delationibus insignis sub Constantio fuit, qui cum Apodemio viuus exustus est, rerum potente Iuliano. Vide Ammianum lib. 19. & 22. Gaudentius quoque notarius, & ad exploranda Iuliani acta missus in Gallias, ab eodem postea necatus est. Ammian. lib. 22.

Ibid. C. lin. 3. 4. *Σαλῆσιον μὲν, ὡς ἐμοὶ Φίλον*) Cuius in digressu querelæ plenam epistolam scripsit.

Ibid. D. lin. 7. *ἐπιτάξας τῷτο τὸ ἔργον*) Decentio tribuno & notario ad deportandos e Gallis exercitus comes adscriptus est a Constantio Sintula, Cesaris stabuli tunc tribunus, ait Ammianus lib. 20. De Gintonio legere non memini. De hac autem historia plura vide apud Ammianum & Zosimum: nec non Libanium Orat. in Consul. Iuliani.

Pag. 283. C. lin. 4. 5. *Νεβρίδι, Πενιάδι*) Mendum subest huic loco. Neque enim isti vel tunc aberant, vel Iuliano fauebant: immo vero a Constantio stabant. Nebridius ex Quæstore Iuliani Præfectus Prætorio Galliarum factus erat a Constantio in Florentii locum. Decentius vero tribunus & notarius ab eodem missus ad milites abstrahendos. De Pentadio paullo ante dixi.

Pag. 284. B. lin. 11. 12. *τῆς γαμετῆς ζώσης*) Paulo post eodem anno obiit Helena. Ammianus lib. 21.

Pag. 285. D. lin. 4. 5. *ἔπω' καὶ τῆμερον ταῖς πρὸς αὐτὸν ἐπιστολαῖς*) De his epistolis vide Ammian. lib. 20.

Pag. 286. B. lin. 7. *καὶ γὰρ αἷς γέγραπται*) Litteras intelligit, de quibus Ammianus lib. 20.

Ibid.

Brutum de iocis scribens: *Vitabit etiam quasita, nec ex tempore ficta, sed domo allata, quae plerumque sunt frigida.*

Ibid. B. lin. 2. ἀλλ' ἐμοὶ δὲ ἔτάυθη) Quod alioqui vsuuenit, ut ludi ac iocī cura ac sollicitudine sint alieni; id in me fecus accidit. Quum enim natura non sim factus ad iocandum, adhibenda mihi cura est, id ut non inepte faciam.

Ibid. D. lin. vlt. ἀλλ' εἴτε πλάσμα) Leg. ἀλλ' εἴτε πλάσμα λέγῃς Ἐρμῆ· πεπ. γ. ε. σ. Φρόσω· εἴτε ἀληθές, &c. Perspicua sententia. Aut enim πλάσμα est, aut vera, aut ex utroque ficta narratio.

Pag. 310. C. lin. 9. ἀλλ' ἔγωγε αὐτὸν, εἶπεν) Vide Themistium Oratione V. pag. 137.

Pag. 311. A. lin. 6. παίζων κέλευε) Non quia amor est delitia generis humani dictus sit; id enim alienius est; sed quod in luxum ac libidinem pronior aliquando sit visus: atque inprimis Berenicen adamarit. Vide Sueton. cap. 7.

Ibid. A. lin. 9. κλοιῶ δῆσον) Male Interpres: qui & seipsum in Notis suis castigavit.

Ibid. B. lin. 7. τρεῖς πέντε νέμαντες) Ergo XV annos imperavit Domitianus, non XIV. Quod in libro II. cap. 19. de Doctrina Temporum adstruximus.

Ibid. D. lin. vlt. ἔτα εἰς Ἀφροδίτην) Oblique capella noster Antoninum Pium libidinis arguit: quod in eum non cadit, quem constat frugi & laudatum Imperatorem fuisse. Avaritiae quidem ac fordium, etsi non merito, ex eo tamen insimulare videtur, quod priuatam in imperio severitatem victus ac parsimoniam expresserit. Capitolinus.

Pag. 312. A. lin. 6. Βῆρας καὶ Λακίς) Prior est Marcus; posterior Lucius Verus, qui cum Marco imperavit, eiusque gener fuit.

Ibid. B. lin. 4. 5. σπερδαῖον κηδεσῆν) Pompeianum Marci generum.

Pag. 314. A. lin. 2. Ἡλῖός τε ὁ ἐμός δεσπότης) Vicem Aureliano rependit. Hic enim Templum Solis magnificum Romae condidit, & opulentis donariis ornauit. Aurelius Victor, Zosimus, & alii.

Ibid. A. lin. II. 12. ἐν ἑδρῇ ὅλοις ἐνιαυτοῖς) Vide lib. II. de Doctrina Temporum cap. 27.

Pag. 315. B. lin. 9. 10. Δεινῶς δὲ ὄντα τὸν Μαξιμιανόν) De Herculio, an Armentario loquitur? De priore crediderim: quem ardentem libidine fuisse scribit Aurelius Victor: reliqua vitia, quae Iulianus hic memorat, non defuisse, satis historia testatur.

Ibid. D. lin. 2. Τῶ μὲν ἔνδύω) Maxentium & Maximinum interpretor.

Pag. 316. B. lin. 2. τί γὰρ ἔχι κοινῆ) Ο' νῆς: Cur enim Alexandrum excludemus? Nonne promiscue, ac sine generis discrimine, periculum virorum fortium instituturi praestantiorum quaerimus? Ea notio est verbi δεόμεθα, vel alterius τιθέμεθα, quod in hac syntaxi non absurdum, neque peregrinum.

Pag. 318. D. lin. 5. Ἀρχαὶ μὲν ἀγῶν) Hos versus recte in Scholiis ordinavit Cantoclarus. Vide Lucianum in fine Demonactis.

Pag. 320. D. lin. II. Γερμανικὸν αὐτῆτο) Ibi claudenda sententia. De Gallicis victoriis egerat, & de Rheno bis trajecto mentionem iniecerat: quod est, inquit, Germanicum illud meum facinus. Tum antithesis pars altera. Alexandro

dro isti nemo in Getica expeditione se opposuit, adeoque impune grassatus est; mihi vero Ariouistus restitit.

Pag. 321. A. lin. 9. πλέον ἢ τελακοσίας) Vide Plutarchum.

Ibid. D. lin. 1. Ὅτι ἐν τῶν πρώτων) Cor. ἔτι: ac mox, καὶ ἐν ἀυλόθεν: ut cum deinώσεις & stomacho proferantur ista. *Etiame de principatu mecum certare perges; neque in presentia cedes? &c.*

Pag. 323. B. lin. 1. μικρὰ κονιάσας τὸν τοῖχον) Pratermisit Interpres. Verte, *quum paululum tectorii parieti induxerit.*

Ibid. C. lin. 7. 8. εἰδὲ ἡνίκα εἶδει) Verte, *neque quum bellum ducere oporteret, praelium distulit.*

Pag. 325. C. lin. 9. ἄλλως τε καὶ μνησικακῶν) Sueton. Aug. cap. 16. *Alii dictum factumque eius criminantur, quasi clasibus tempestate perditis exclamauerit: etiam inuito Neptuno victoriam se adepturum. Ac die Circensium proximo solenni pompa simulacrum dei detraxit.*

Pag. 327. C. lin. 8. ὑπὸ δὲ τῆς οἴκοι) Expunge particulam δέ.

Ibid. D. lin. 9. ἢ τὰς ἀποδημίας) Omnino ita legendum: nec audiendus Interpres, qui οὐ rescribit. Sensus est: promptius & libentius Getas mortem, quam peregrinationem suscipere.

Pag. 330. D. lin. 7. 8. ὀργῆς, ἢ λύπης) Legendum ὑπ' ὀργῆς.

Pag. 331. B. lin. 2. πῶς οἴγε ἐφέρεσθαι) Cor. ἐφέρεσθε. *qui exportamini pene mortui.*

Pag. 336. A. lin. 10. Ὅσις Φθορεύς) Baptismum ac Pœnitentiam, duo peccatorum piacula, notat impius apostata. De quibus vulgarem paganorum querelam vide apud Augustinum libro quinquaginta Homiliarum, homilia vicesima septima sub finem.

εὐχάρῃ εὐχάρῃ εὐχάρῃ εὐχάρῃ εὐχάρῃ εὐχάρῃ εὐχάρῃ εὐχάρῃ εὐχάρῃ εὐχάρῃ

AD MISOPOGONEM.

IRrisus ab Antiochenis Iulianus, ac præcipue iactis in eius barbam disteriis, hoc se Satyrico libello vltus est; quo, figurata sui reprehensione, in Antiochenorum mores ac luxum mordacem stilum exactit. Meminerunt huius operis & argumenti Marcellinus lib. 22. Zosimus lib. 3. Gregorius Nazianzenus Orat. 2. in Iulian. Socrates lib. 3. cap. 17.

Pag. 337. B. lin. 10. ἢ πάλοι ποτὲ ἐδόκει) Antea legebatur, ἢ πάλοι ποτὲ ἀνετίθετο τοῖς πλατῆσιν ἀδίκως. Nos ex veteribus membranis emendauimus. Nam priora illa vix interpretari possis.

Pag. 338. A. lin. 6. ὅπερ ὁ Ἰσμηνίας) Cicero in Bruto cap. 50. id Antigendam discipulo suo frigenti ad populum dixisse refert.

Ibid. D. lin. 4. 5. ὅπερ ἤδη τις εἶφη) Theocritus Eidyll. 12.

Ibid. D. lin. 9. 10. καὶ μὴ τὰς ἀτρίπτες ὑμῶν) Odyss. Φ.

Οὐδέ μιν ἐκλάνυσε· πεῖν γὰρ καμὲ χεῖρας ἀνέλκων
Ἀτρίπτες, ἀπαλάς.

Themistius Orat. 11. pag. 253.

Pag. 339. B. lin. 5. 6. ὑπὸ τῆς καλάμῃς) Ita ex Anglicano codice. Legebatur hactenus πλοκάμῃς. Quæ vox si cui præferenda videtur, πλοκάμῃς pro pilis

sumetur, qui manibus & brachiis innascuntur. Quæ sententia vti loco huic apprime conuenit, (nam de hirsutie membrorum suorum loquitur) ita *πλοκάμις* hac significatione insolens est acceptio.

Ibid. C. lin. 9, 10. *ἔξω τῆς νεομηνίας ἔτρε*) Calendæ Ianuariæ & apud ethnicos veteres omni lasciuix & hilaritatis publicæ genere celebratæ sunt, & a Christianis per diu non absimili voluptate transactæ. Herodianus lib. 1. S. Maximus Orat. de Calendis Ian. August. Epist. 64. Prudentius:

- - - *Iano etiam celebri de mense litatur*
Auspiciis, epulisque sacris: quas inueterato
Heu! miseri sub honore agitant, ἔ gaudia ducunt
Festa Calendarum.

Tertull. de Idololat. cap. 14. *Nobis, quibus Sabbata extranea sunt, ἔ Neomenia, ἔ feria aliquando a Deo dilecta, Saturnalia, ἔ Ianuaria, ἔ Brumæ, ἔ Matronales frequentantur; munera commeant; strenæ consonant; lusus, conuiuia constrepunt.* His addendus est & Canon 62. Trullanæ Synodi: *τὰς ἔτω λεγομένας Καλάνδας, καὶ τὰ λεγόμενα Βολὰ, καὶ τὰ καλεόμενα Βραμάλια, ἔ τὴν ἐν τῇ πρώτῃ ἔ Μαρτίου μηνὸς ἡμέρα ἐπιλεχμένην πάνηγυρον, καθ' ἅπαξ ἐκ τῆς πιστῶν πολιτείας ὡς αἰρεθῆναι βεβλόμεθα.* *Calendas, quæ sic appellantur, ἔ quæ vocantur Brumalia; tum celebritatem illam, quæ Calendis Martiis agitari solet, funditus ex fidelium usu ἔ instituto abrogari volumus.* Brumalia sunt Saturnalia. *Vota* porro certus hilaritatis publicæ dies: ac fortasse III Non. Ian. qui votorum nuncupationi dictus L. 233. de Verb. signific. vt olim ab eruditis viris obseruatum est. In Calendario Constantini ad eum diem adscribitur: *Votorum nuncupatio.* Alioqui *Vota* pro conuiujs, maxime nuptialibus, ipsisque adeo nuptiis, vsurpantur. Ambrosius Serm. 25. *Solent autem homines, sicut mos est, in votis suis, hoc est nuptiis, præcipue saltare, vel canere.* Idem in Epist. ad Ephes. capite 3. *In magna vota maxima dantur apophoreta.* Augustin. lib. 11. de Genes. ad lit. cap. 41. *Nisi forte sponsa erat a patre tradenda, ἔ expectanda erat votorum solemnitas, ἔ conuiujs celebritas.*

Ibid. D. lin. 5. *καθάπερ ὕπαρχ*) Mihi haud integer hic locus videtur, etsi vtcumque sententiam exprimo: sed non penitus cohæret.

Ibid. D. lin. 8. 9. *ἀναμιμνήσκουθε νῦν ἡξῆς ἐκείνης*) De Constantio ita loquitur, non de se; vt putauit Interpres.

Pag. 340. A. lin. 9. *ἔξ δὲ τῆς πάντας θεώμεν* *δρόμους*) De quatuor & viginti, qui erant ordinarii.

Pag. 344. C. lin. 7. 8. *ἀναπίμπλανται τὰ ἱερά*) Leg. *ἀναπίμπλατε.*

Pag. 346. C. lin. 9. *καὶ ὧν ἔξῃ μελέχειν*) Ludos intelligit & spectacula, quibus Christiani non minus, quam gentiles, aderant; magna sanctissimorum Præfulum querela: quam toties inter alios Chrysostomus replicat.

Pag. 348. A. lin. 8. 9. *ὁ δὲ ἀυλικὰ μὲν ἠρνήσατο*) Aliter Plutarchus in Demetrio. Nam superstite adhuc parente nouercam duxisse refert Antiochum Demetrii Poliorcetæ filium.

Ibid. D. lin. 3. *Ὅθεν δὴ καὶ τό γέν*) Significat ex Mysia se originem accepisse.

Pag. 349. D. lin. 5. *Μυκῶν* *ἀγοροκία τις*) Leg. videtur *Μυκόνι* ab insula Mycono. De hoc prouerbio Eustath. in Odyss. 9. Suidas, Zenobitis.

Pag. 350. A. lin. 4. *Οἱ δὲ τῆς κεκλημένους τὴν γῆν αἰτιῶνται*) Obscurus hic Iuliani

liani locus est: de quo sic accipe. Scribit Ammianus lib. 22. Iulianum *nulla probabili ratione, suscepta popularitatis amore, vilitati studuisse venalium rerum; quæ nonnunquam secus, quam conuenit, ordinata inopiam gignere solet & famem.* Neque ab Antiochenis magistratibus deterreri potuisse. Igitur, quod venalibus rebus vilius pretium edicto suo statuisset, propterea institores sibi infensos reddidit. (Nam *καπηλα* generalius hic usurpatur, quam ratus est Interpres, qui *cauponem* vertit.) Quumque institores illi iniquitatem taxati pretii caussarentur, quod fruges atque prouentus carius ab agrorum dominis emerent; & istos etiam officium facere eodem edicto compulit. Quæ in hominum genera duò decreta leuèritas ac disciplina, in primores ciuitatis ac magistratus redundauit, qui & institutam faciebant, & agros possidebant. Ita dupliciter mulctabantur. Suspicio autem lin. 8. 9. expungendam vocem *ταῖν ζημίαιν*, vt sit oratio perspicua magis.

Ibid. D. lin. 3. 4. *ἀλλ' Ἀχαρνέα*) Alludit ad Acharnenses illos Aristophanis in eius nominis Comœdia.

Pag. 352. A. lin. 10. *ὀμῶνυμῶν δὲ τὸν Ξέρξην*) Mardonius appellatus est vterque.

Ibid. B. lin. 1. 2. *πρὸ μηνῶν μὲν εἴκοσι*) De Eusebio Constantii cubiculario præcipue loquitur: qui illo imperante rerum potiebatur. Ammianus lib. 21. refert, obiisse Constantium III Non. Octobr. Tauro & Florentio Coss. qui est Christi CCCLXI. Idem sequenti libro sub exitum anni CCCLXII Iulianum Misopogonem suum elucubrassè prodit: egressum autem Antiochia contra Persas III Non. Mart. anni CCCLXIII. Interuallum ab obitu Constantii ad tempus, quo Misopogonem scripsit, menses non pleni XV. At Iulianus *εἴκοσι* numerat. Nescio an mendum sit.

Pag. 354. A. lin. 7. 8. *δυνατὰ μὴ μόνον αὐτὸν ἔχειν*) Scribe, *καὶ δύναται μὴ μόνον αὐτὸς ἔχειν.* Alioquin absona videtur lectio.

Ibid. C. lin. 6. *εἰς δὲ καὶ πολίτης ὑμέτερος*) Libanium significat.

Ibid. D. lin. 6. *ἐπὶ ταῖς μεσιλείαις αὐτὸ ἐτάξαμην*) Hæc non latis explicata sunt.

Ibid. D. lin. 10. *τί τῆτο, ὦ μωρὲ, πρὸς σὲ κοιωνεῖν*) Scribe *πρὸς σὲ κοιωνεῖν ἔξον*, &c. *ἀφείς τὸ κέρδῶν ἔχθραν ἐπαναιρηῖ.* Nam in prima editione legitur *ἀφείσθαι κέρδῶν*. Recepta autem lectio boni sensus inanis est.

Pag. 358. A. lin. 3. 4. *Ἀλλ' ὁ Ῥωμαῖὸν Κάτων*) Plutarchus in *Pompeioner* non in *Catonè* ult. 13.

Ibid. C. lin. 9. *Δαμοφίλων τῶ Βιθυνῶν*) Hic ille videtur esse Damophilus, qui Marco Imperatore floruit. De quo vide Suidam.

Pag. 360. A. lin. 6. 7. *ὡς ἐνεδέησεν ἔτι κοτυλιστῆς*) Vtrum *κοτυλιστῆς* ad illud genus ludi pertineat, de quo Pollux, Athenæus, Eustathius, non temere dixerim.

Ibid. D. lin. 4. 5. *ὅτι παρ' ἐμῶν τὰ τῷ κόσμῳ πρᾶγματὰ ἀνάλετραπλαι*) Alludit ad effigiem numis impressam. Nam taurus erat in ara resupinus; quo symbolo mundum ab Iuliano subuersum Antiochenes significari dicebant. Vide Socrat. lib. 3. cap. 17.

Pag. 361. A. lin. 1. *τὰς ἀσυγγείτονας ἔστυκοφανήσατε*) Syriæ Palæstinæque vrbes intelligit: quod edictum Iuliani de templis Deorum aperiendis, ac sacrificiis instaurandis, in Christianorum ecclesias ac sepulcra, ipsosque adeo Christianos, omni crudelitate grassatæ sunt; vt Heliopolitani, Gazenses, Arethusi, aliaque ciuitates: de quibus Socrates, Theodoretus, Sozomentis.

Ibid. B. lin. 6. 7. τὸν νεκρὸν τῆς Δάφνης) S. Babylæ martyris reliquias, quas auferri inde iussit: ut iidem illi Historiæ ecclesiasticæ Scriptores, aliique memorant.

Ibid. D. lin. 3. 4. Δεκάτω γὰρ ὡς μηνί) Immo ἐνδεκάτω. Nam Lais vndecimus est mensis a primo, qui est Hyperberetæus.

Pag. 362. D. lin. 2. τὰς ἑορτὰς ἔ Μαΐσμα) De hoc festo vide Suidam. Theophanes in anno III Leonis filii Copronymi: ὁ δὲ βασιλεὺς ποιήσας Μαΐσμα ἐν Σοφριανῆς ἐκάθισεν ἐπὶ σένοσ, μετὰ ἔ ὑδ αὐτῆ. Paulus Diaconus lib. 23. *Præterea Maiuma facta Imperator in Sophianis sedit in folio cum filio suo.* Vide lib. II. Cod. Iust. Leg. vnica tit. 45. de Maiuma.

Pag. 363. C. lin. 7. 8. τῶν κραλῆνων τὴν διάνοιαν) Non satis explicatum mihi est, quinam sint κραλῆνες illi; nisi custodes loci genios intelligat: quorum sedulitatem ac vim diuina potentia frustrata est, quæ, ut Antiochenes vlsceretur, incendium illud immiserit.

Pag. 364. C. lin. 9. ἐμαυτὸν ἐπιδείξας) Leg. ἐπέδειξα, ut & infra.

Pag. 365. A. lin. 6. εἰδὲ ἐνεμάμεθα τὰς προσασίας) Interpres, *Præfecturas depasti sumus.* Melius verteris, *patrocinia distribuimus.* Nempe certorum ordinum corporumue tutelam ac defensionem indicat; vel rerum ac negotiorum apud Imperatorem curationem, cuiusmodi suffragationes principibus viris quæstiofæ sunt.

Ibid. A. lin. 7. εἰδὲ παραδυνασέυειν ὑμῖν) Scrib. ἡμῖν. Et eodem, quo proxime superior, sententia pertinet. Tantum, inquit, primoribus ac Magistratibus gratiæ apud nos & auctoritatis tribuere nolimus, ut ea potestate freti pro Imperatore se gererent, ac vos opprimerent.

Pag. 366. C. lin. 9. ἵνα μὲ καὶ ὑμεῖς) Deest aliquid. Forte pro ἵνα με ἔγραψα δὲ καὶ ὑμεῖς, &c. ut significet, se neque factò neque scripto læsisse ipsos.

Pag. 367. B. lin. 10. 11. καὶ τῆς ἀναφροδισίας) *Veneris odium* Interpres, haud recte. τὸ ἀναφρόδιον opponitur τῷ ἐπαφροδίτῳ. Hoc autem scitum, & elegans significat. Illud ergo inficetum, & absouum, atque inelegans est. & ἀναφροδισία *rusticitas, inurbanitas.*

Ibid. D. lin. 5. 6. ἐπεὶ ἔ βαλευθῆεις τὸν καλὰλογον) Zosimus lib. 3. ὁ δὲ βασιλεὺς βοήθησας τὰ εἰκότα τῇ πόλει, καὶ πλῆθῶ πολὺ παραδὲς βαλευθῶν ἐκ πάλρὸς εἰς τῆτο καλαγομένων, καὶ ἐτι ὅσας ἔτυχον τεκῆσαι βαλευθῶν θυγαλέρες. (ὅπερ ὀλίγαις δεδομένον ἔγνωμεν πόλεσιν, &c.) *Imperator urbe, ut equitis ferebat, subleuata, eique magno Senatorum concessio numero, qui a parentibus ex eo ordine genus ducerent, quos Senatorum filia peperissent. (quod paucis ciuitatibus tributum scimus.)* Hoc vero non tam iis, qui adscribebantur, quam ciuitati ipsi gratum erat & honorificum. Illis enim oneri potius fuit in Senatum referri: quod & plerique defugiebant propter collationum ac præstationum onera, de quibus ad Epistolam XI plenius dicitur. Ideo mox ait, se ducentos illos in Senatum allegisse *nulli parcentem, Φεισάμεν*, inquit, εἰδενός, nullius hominis habita ratione, non rei, ut male Interpres. Nam potentiores quique ac locupletiores, id, ut dictum est, oneri sibi ducebant. Quare cogendi fuerunt.

Ibid. D. lin. 10. 11. ἀπὸ τῶν ἐπιτροπευσάντων τῆς θησαυρῆς) Præfectos thesaurorum, & Comites intelligit: de quibus Notitia; qui sub dispositione Comitis sacrarum largitionum erant: sic οἱ ἐργασάμενοι τὸ νόμισμα sunt Procuratores mone-

monetales. De vtrisque, præter Notitiam, vide quæ accurate & eruditè nuper explicauit Iacobus Gutherius noster lib. 3. de Officiis domus Augustæ.

Pag. 368. A. lin. 11. 12. καὶ λειψυγία τῶν ἀνθρώπων) Mendosa erat antea le-
ctio: cui tamen deesse nonnihil arbitror. Forte ὑπεβάλετο λειψυγία τὸν ἀν-
θρώπον. ἄλλοι ἐπ' ἀγορᾶς, &c. Duo licentiæ popularis exempla memorat:
Alterum, quod quum ex duplici illo ordine delectum eorum facere, quos in Se-
natum adscriberent, permisisset; illi quempiam, simulatque nominatus est, reni-
tentem vtiq; & causas suas allegantem, pendente adhuc lite, functioni subiece-
runt, quum expectari sententia debuerit. Alterum, quod quum e locupletibus
duntaxat optandi Senatores copiam fecisset, iidem pauperem hominem vi in eam
conditionem intruserint. Sed manca, vt apparet, sequentia sunt. Sententiam qui-
dem ipsam propemodum expressimus: a qua plurimum abhorret Interpres. Fin-
ge ita scripsisse Iulianum: ἄλλοι ἐπ' ἀγορᾶς εἰλικύσατε πένηλα. ἕτως ἐκ τῶν
ἀπανταχῆ μὲν, &c. Μοχ: πρὸς χρυσίον, συρφέλον ἀπορῆντα μελείας ἑστίας,
εἰλεθε κοινῶν. Vbi συρφέλον itidem vocat, vt Latini facem. Antiochentes,
ait, istiusmodi homines egestate pressos, quos ciuitates aliæ contemnunt ac desti-
tuunt, auro contra permutare, & in pretio habere.

Ibid. C. lin. 7. 8. Πάντα γέμει· πάντα πολλῶ) Omnia plena sunt, id est, ab-
undant; & nihilo secius caro vaneunt.

Pag. 369. B. lin. 8. 9. εἰ δὲ τοσαῦτα μέτρα) Difficilis est totius huius loci
sententia, quam nos ita concepimus: Erat Antiochiæ, vti cæterarum rerum, puta
vini, olei, penes diuites satis magna copia; ita frumenti ingens inopia. Hanc vt
leuaret Imperator, e Chalcide, & Hierapoli, atque oppidis aliis, frumentum cura-
vit: quo consumto, quidquid priuatim sibi ex Ægypto erat aduectum, Antioché-
nis vili pretio addixit. Nam XV modios aureo numo vendidit. Quia re animad-
uersa, diuites nouum omne frumentum, quod in agris erat, peregrinis vendide-
runt; vti carius, quam in vrbe, distraherent. Ita famis periculum patriæ suæ ob-
iecerunt. Etenim si æstate XV modii aureo constabant; plane hieme, & quidem
asperrima, quæ subinde æstatem illam excepit, pauciores quindecim, nimirum
quinque, eodem pretio vānre oportuit. Ita Iulianus.

Ibid. C. lin. 9. καὶ ἔχι πόλις μόνον) Credo aliquid omissum. Nam ab-
rupta videtur ac pendens nonnihil sententia. De qua sic habeto: Iulianus fru-
menti solius ac panificii vilem fecit annonam: id est, solos frumenti XV modios soli-
do vno vendidit. Antiocheni vero præter frumentum, vini quoque, olerum, &
fructuum vbertatem & copiam optabant. Confer hunc cum altero loco pag. 350.
vbi querelas de se Antiochenorum exponit, quod panis solius copiam, non et-
iam vini, piscium, & auium præstitisset. Hic autem probris affectum se dicit,
quod vinum, & olera, fructusque non fuisset ἀποδιδόσθαι χρυσῶ; auro ven-
di. Vbi χρυσόν, id est aurum, non χρυσῶν, id est, aureum numum intelli-
gi puto. Quum enim a diuitibus immani hæctenus pretio tam frumentum,
quam vinum, cæteraque minus, quam frumentum, ad victum necessaria plebs
emeret; Iulianus frumenti solius suppeditata copia, hac ex parte penuriam suble-
uauit. Verum quum edicto suo carniū, vini, rerumque cæterarum pretia vilio-
ra statuisset; diuites illi publice ista vendere desierunt: quæ quum ab Imperatore
curata non essent, inde plebis ortæ querelæ.

Pag. 370. D. lin. 5. γῆς κλήρας ἑφάε) Aliud ingrati animi specimen expo-
brat Antiochenis. Nam quum agri κλήροι, id est sortēs, ad tria millia vacarent,
codicæque essent, mortuis hæredibus; eas postulanti ciuitati Iulianus attribuit.

Sed quum pauci locupletes illas inter se diuisissent, mox ademptas idem ad sumptus ludorum ac spectaculorum, præsertim Circensium, publico restituit: quod per Iulianum patruum suum administratum esse dicit.

ⲉⲧⲁⲛⲧⲟⲩ ⲉⲧⲁⲛⲧⲟⲩ

AD EPISTOLAS IULIANI NOTÆ.

AD EPISTOLAM I.

Pag. 372. A. lin. 8. ὅσα φέρειν οἶδεν ἐκεῖν (⊙) Nihil mirandum est; neque ἐνιαυτός pro ἐκεῖν (⊙), ut quidam nuper recensuit, scribendum. Neque absurdum est, Nilum dici ea suppeditare, quæcunque tandem suppeditat: ut quasi contemtim id referat.

Ibid. C. lin. 1. μὴ ἂν ἄλλῃ τὰς χεῖρας) Subaudi, immo adscribe, γενέσθαι. Nam si subaudiatur, minus erit tolerabilis oratio. Ex leporibus ac veneribus, quæ in eius oratione ac verbis apparebant, certo se auctorem agnouisse refert. Nihil aliud sibi Iulianus voluit.

Ibid. C. lin. ult. εἰ τὴν σὴν πατρίδα ζηλωτὴν) Mirum quid in mentem venerit erudito viro, ut ita vertendum putaret: *Letabar, quod cupidam tui patriam, vel breui tempore agniturus esses.* Quali ζηλωτὴν cupidam significare posset: tum ἀπέφηνας agniturus esses, Nihil alienius. Sententia planissima est: ex Ægypto reditum in patriam gratulatur, tamen si breuem in ea moram esset acturus; quod vel tantillo tempore beatam præsentia sua facturum esset.

Pag. 373. A. lin. 3. 4. τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς αἴερα) Nihilo melius idem ille inimicum capiti aerem dici contendit τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς αἴερα. Recte enim interpretis cælum, id est, aerem, qui supra caput diffusus est, intellexit.

Ibid. D. lin. 2. καὶ παίδων πατέρα) Male alteram lectionem reponit idem, πατρίδα, pro πατέρα, neque tolerabilius interpretatur.

AD EPISTOLAM II.

Ibid. D. lin. 3. Προαιρεσίω) Baroccianus codex addit Σοφιστῶν.

Ibid. D. lin. 8. ἐφ' ἅπασιν) Idem Baroccianus ἐπαφιάσιν, rectissime. Vnde & castiganda versio.

Ibid. D. lin. 9. καὶ ζηλῶντα τὸν Περικλέα) *Æmulantem Periclem*, non eloquentia Pericli parem; quod Interpretes posuit. De Prohæresii eloquentia copiose scripsit Eunapius. Huic tamen antepositum a Iuliano Libanium scribit Suidas, ut illum vreret: nimirum, quod Christianus esset; ut in Chronico refert Hieronymus, & Eunapius in calce vitæ eius.

Pag. 374. A. lin. 9. τὰς αἰτίας) Baroccianus τῆς καθόδος τὰς αἰτίας, & mox πάντα ἀπαγγελῶ σοι. Idem καὶ ἀποδείξεις.

AD EPISTOLAM III.

Ibid. C. lin. 8. πρὸς Ἑρμῆ, καὶ Μόσῃ) Baroccianus Μωσῶν Ἰαχέως, ἐπεὶ καὶ. Ibid. Quod longe est aptius.

AD IVLIANI EPISTOLAS.

iii

Ibid. D. lin. 7. 8. καί μοι ἐν τὴν γλῶτταν) Scribe ex eodem, καί τοι μοι.

AD EPISTOLAM IV.

Pag. 375. A. lin. 1. Ἀριστομένει) Baroccianus Ἀριστοξένω.
Ibid. A. lin. 8. παρὰ τῶν ἀπλῶν) Immo ex Barocciano ἀπλῶς.
Ibid. C. lin. 4. πρὸς Διὸς ξένισ) Baroc. Φιλίς.

AD EPISTOLAM VI.

Pag. 376. B. lin. 7. 8. καὶ τῇ αὐτῆ χειρὶ) Scribe αὐτῇ. Et eadem manu: quod passim in epistolis legitur, quum finita epistola aliquid additur.

AD EPISTOLAM VIII.

Ibid. D. lin. 6. Γεωργίῳ) Baroc. addit καθολικῶ. quod nomen erat Procuratoris Cæsaris.

Ibid. D. lin. vlt. καὶ εἶδον ἤδη) Baroc. ἰδῶν.

Pag. 377. A. lin. 7. 8. ἀλλ' ἤδη ἐν μικρῶ) Corr. ex Barocciano ἤδει. Ita legendum fuerit ἐγκλείσαι. Mox idem codex recte habet αὐτῆ pro αὐτὸν, veru sequente, lin. 10.

Ibid. B. lin. 3. τῇ τέχνῃ ἐψύχῳ) Baroccianus ἀλλὰ τὴν τέχνην ἐμψύχῳται.

Ibid. B. lin. 10. II. τὸ θαῦμα τῆς τέχνης ἐχέτω) Baroc. κέχῳται.

Ibid. D. lin. 2. 3. τῆ δὲ κατὰ σε Φιλικῆ δέη) Addit Baroc. καπνῆ.

AD EPISTOLAM IX.

Pag. 378. A. lin. 6. πρὸς δὲ ἐν ταῦτα) Non recte vertit Interpres. Scribe: ἐπὶ ἑσθὸς facile suffurari clanculum moluntur. Non contenti, inquit, auro, quod ex Georgii bonorum direptione compararunt; librariam etiam suppellectilem compilare student. De hoc Georgio vide omnino Epiphanium Hæresi LXXVI.

AD EPISTOLAM X.

Hanc epistolam describit Socrates lib. 3. cap. 3.

Pag. 379. A. lin. II. ὁ βασιλεὺς τῆς Αἰγύπτου) Scrib. ὁ στρατηγός, vel ἑπαρχός. Sed priorem vocem scripti codices apud Socratem exhibent. Iidem & συλήσας pro ἀποσύλας habent.

Ibid. B. lin. 10. II. εἰ αὐτὸν παρεφύλαττεν) Veteres codices apud Socratem ὁ αὐτὸν. Quod ad στρατηγὸν refertur. Sed πόρρωθεν non est, quod putavit Interpres, absens; sed aliud quiddam, quod vna voce declarari Latine non potest. Nimirum cum ipsa administrandi ratione, & omni occasione, præ se ferunt Præfetti cuiusmodi esse velint.

Pag. 380. B. lin. 4. τὰ κοινὰ γὰρ ἐνομεῖσθαι) Vet. εὐλαβεῖσθαι.

AD EPISTOLAM XI.

Ibid. D. lin. 8. Τῆς βεβλητῆς πάντας) Senatorum prædia, quas glebas Iuriconulti vocant, descriptionibus & collationibus erant obnoxia. Cuius instituti auctor Constantinus M. ut refert Zosimus lib. 2. qui & tributum genus illud follem vocatum esse scribit. Propterea Senatores possessiones suas profiteri iuebantur: ac si quis

si quis aliquid occultasset, id ipsum fisco vindicabatur. *Leg. II. Cod. Si quis Senatorium.* Ac qui nullas possessiones habebant, ii folles duos praestabant; si ad Consularem dignitatem, aut sublimiorem potestatem prouecti essent, *Leg. ead.* Postea ad septem solidos pauperiorum redacta praestatio est. De qua re vide quae in Epiphonianis Animadversionibus obseruauimus pag. 432. & 433. Porro tributum illud, quod praediis imponebatur, *aurum glebale* dicebatur, ut & possessio ipsa, *gleba Senatoria.* quam pensitationis onus lequebatur. Lib. 6. Cod. Theodol. Tit. 2. Leg. 10. *Glebam possessionum, non personarum esse perspicimus; ac propterea necesse est, ut illis immineat exactio, qui ex eadem re redditus consequuntur.* Quare tametsi possessiones alienarentur, ad quoscunque translatae essent, nihilominus fisco erant obnoxiae. Synesius Epist. 38. Herodem cognatum suum Aureliano commendans, ὅς τις, inquit, ἐκ πατρῶν λαμπρότατον ὄν, καὶ τὴν πατρῶαν βῶλον ὑπολελήτῃ συγκλήτῳ διαδεξάμενον, ἐπειδὴ γέγονεν ἡγεμῶν, ἀξίεται συλλεῖν, ὡπερ οἱ νεόεστοι, καὶ γενέσθαι διπλῆς λειτουργός, τὸ μὲν τι διὰ τὴν εἰσὶαν, τὸ δὲ δι' ἣν ἤρξεν ἀρχὴν. *Qui clarissimis ortus maioribus, postquam in paternam glebam Senatui obnoxiam successit, ac deinde Dux factus est, in eundem, in quem noui Senatores, collationis modum includitur, ut duplici praestatione fungatur; altera possessionis nomine, altera propter eum, quem gessit Magistratum.* Πατρῶαν βῶλον nominat, *glebam paternam;* quam Senatui obnoxiam fuisse dicit, quod Senatoria collatione teneretur. Ex quo hic apud Iulianum nostrum legendum coniecimus *πατροβώλης, pro πατροκόλης.* Hæc enim vox nihili est: quæ tamen hæctenus viros eruditos admodum torfit, & in absurdas diuinationes opinionesque distrahit. At *πατρόεστοι,* sunt qui *πατρῶαν βῶλον ὑπολελήτῃ* nacti sunt, ut loquitur Synesius. Eam nobis coniecturam affirmavit Anglicani codicis lectio, quæ *πατροβόλης* habebat: sed *πατροβώλης* omnino legendum est. Iulianus ergo Senatores omnes, nec non eos, qui obnoxiam glebam possidebant, ac Senatorium ordinem ideo defugerant, a se retractos ait, & ad legitimæ pensitationis onera compulsos; iis exceptis, qui in vrbe primaria militauerant. Nam & functos publico aliquo magistratu ab ista necessitate liberatos indicat Lex 2. Tit. 2. lib. 6. Cod. Theod. nempe, *quos Palatina honore militiæ & stipendiis approbatos, debita potius, quam postulata Senatorii ordinis societas aduocauerit.* Sed hæc Iuliani tempore posteriora sunt. Ad quod potius spectat lex 2 Cod. Theod. de Honorariis codicillis, qua Constantius mulctari iussit eos, qui *fugientes obsequia curiarum, umbras & nomina affectauerint dignitatum.* Vnde constat, ab Senatoriis oneribus immunes fuisse, qui reuera splendidam illam militiam obierant. Quinetiam Iulianus idem epist. 25. medicinæ professores, qui emeriti in Senatorium ordinem adscripti fuerant, a Senatoriis functionibus liberat.

AD EPISTOLAM XII.

PAg. 381. D. lin. 6. ὡπερ Ἀσυδάμας) Vide Suidam, & Paræmiographum.

AD EPISTOLAM XIV.

PAg. 382. C. lin. 9. Λιβανίῳ) Baroccianus addidit Κραίσωει.

Ibid. D. lin. 4. 5. πρῶταπέδωκα τῆς ἀναγνώσεως) Baroccianus τῆ ἀναγνώσει.

AD EPISTOLAM XV.

P Ag. 383. A. lin. 6. 7. τοῖς πολεμικοῖς ὀμιλῇ συνθήμασιν) Martinius *bellica signa*. Editores epistolarum Græcarum *bellicas res*. Nos *præcepta rei militaris* maluimus. Hesychius *συνθήματα, μαθήματα, ποιήματα*.

AD EPISTOLAM XVI.

Ibid. D. lin. 1. τὴν σὴν ἀκοήν) Baroccianus *τὴν σὴν ἀκτῖνα*.

AD EPISTOLAM XVII.

Scriptit, opinor, hanc epistolam Iulianus illo tempore, quo Imperio sumto; contra Constantium e Gallia profectus est. Nam suspensus adhuc de rei totius exitu, de Eusebio eunucho queritur: ac se, uti commissam sibi protinciam ab illius iniuriis ac vexatione liberaret, in apertam defectionem erupisse memorat. Ad hæc Eusebium eundem significat commentarios quosdam contra se Constantio dedisse.

AD EPISTOLAM XIX.

Eugenium hunc, ad quem scribit Iulianus, Themistii patrem fuisse, coniectura non levis est. Fuit enim & iste Philosophus, & quidem insignis; si filio de patre prædicanti fides adhibetur. Vide enim Orationem Themistii secundam.

AD EPISTOLAM XIX.

P Ag. 387. B. lin. 1. εἰνάσειεν εἰς σὲ πρέπειν) Forte *εἰνάσειεν ἂν τις πρέπειν*.

AD EPISTOLAM XX.

P Ag. 388. B. lin. 5. 6. καὶ παρίππῳ) Meminit parhippi Iulianus ipse ad Mamer-
tinum rescribens lib. 8. Cod Theodos. Tit. 5. lege 14. his verbis: *Et quanquam, quid sit parhippus, & intelligere & discernere sit proclive, tamen ne forte interpretatio deprauata aliter hoc significet, Sublimitas tua noscat, parhippum eum videri, & habendum esse, si quis usurpato uno vel duobus veredis, quos solos euectio continebit, alterum tertiumve extra ordinem commoueat.* Quæ verba extant lib. 12. Cod. Iustin. Tit. 51. lege 4. Quem ad locum Bartolus & Alciatus *παρίππον* eum dici putant, qui præter numerum veredorum, qui diplomate, siue euectione, permittitur, vnum insuper usurpat: quod & rescripti verba ipsa declarare videntur. Verum non potest ista vocabuli significatio ad hunc Iuliani locum transferri. Quippe nominatim in tractoria copiam facit Eustocho vehiculi vnus, & parhippi: quemadmodum & epist. 31. ad Aetium. Præterea Theodoricus rex, apud Cassiodorum lib. 5. epist. 5. ad Manniam Saionem, perspicue aliud esse parhippum docet, quam quod magni isti Iurisconsulti volunt. Nam ita scribit: *Et de illis quoque pari seueritate censemus, qui supra euectionum numerum cursuales equos usurpare præsumunt. Parhippis quinetiam non ultra quam centum libras iubemus imponi.* quod & epist. 47. libri 4. præceperat. Quibus verbis liquet, parhippum neque eum appellari hominem, qui supra numerum euectione finitum cursualem vnum usurpat; neque crimini perpetuo dari. Quocirca *παρίππον* interpretor equum singularem, qui præter duos illos, quibus vehiculum trahitur, tertius adhibetur: cui, ut expeditior sit, supra centenas libras Theodoricus imponi

vetat. Neque vero aliter in Iuliani rescripto illo vtriusque Codicis vocem eandem acceperim. Quippe quum ita scribit: *Parhippum eum videri, & habendum esse, si quis usurpato uno, &c.* sic intelligendum est, quasi diceret, parhippum esse veredum, qui extra ordinem commouetur. Nam ex facto ipso, quæ sit nominis proprietas, explicare voluit. Vt si quis, quid fœnus esset exponens, ita loqueretur: Fœnus est, si quis mutuo data pecunia supra sortem aliquid accipit: minime ex eo consequens sit, hominem ipsum, qui vsuram capit, fœnus appellari. Eodem modo parhippi vsûm interpretor in illa Iuliani lege: sed ita tamen, vt quum parhippus alias licitus fuerit, quum diplomate potestas eius fieret; alias illicitus: de hoc posteriore mentionem lex ista faciat; priorem Iuliani epistola contineat.

Ibid. B. lin. 8. τὴν Ἐνοδίαν εὐμενῆ) Vide quæ ad Themistii Orat. 13. obseruauimus pag. 669.

AD EPISTOLAM XXII.

P Ag. 389. C. lin. 7. 8. γίνονται δὲ ἀπὸ τῶν ὀπλοφορησάντων) Symmachus Epist. 67. libri 3. *Huiusmodi quippe veteranis prerogatiua debetur, vt illis protectorum dignitas, tanquam pretium longi laboris, accedat.* Vide Procopium in Ἀνεκδότοις, pag. 106.

AD EPISTOLAM XXIII.

Ibid. D. lin. 5. ὅτι δ' ἀπέφυγον) Vetus, ὅτι διαπέφυγας.

AD EPISTOLAM XXIV.

P Ag. 390. B. lin. 10. τὰ μακροκέντρως ἐκάλον) Varia potest esse vocabuli huius acceptio. Interpres *oblongas* vertit: quod haud scio an rectum sit. Suspiciamur ab eo, quod est κέντρον, μακροκέντρως appellari, quæ longiore sunt pediculo: κέντρον enim paullo post pediculum vocat. Plinius vero lib. 15. cap. 18. inter ficuum genera porphyritidas nominat, longissimo pediculo.

Pag. 391. A. lin. 4. Καὶ μέλι μὲν Ἴπποκράτης Φησίν) Etsi non verbis, re ipsa tamen & sententia, id ipsum libro de Internis affectionibus scripsit Hippocrates; sed de cocto. Τὸ γὰρ μέλι τὸ ἐφθόν, καυμαλώδες ἐστὶ, καὶ προσπλάσσει τῇ κοιλίῃ. ἔπειτα ὁπόταν καλεψηθῆ ἐν τῇ κοιλίῃ, ἀναξέειται, καὶ ἐξαπίνης ἢ γαστῆρ ἀείρειται, καὶ πίμπραται, καὶ δοκέει διαρρήσασθαι. *Mel coctum astuosum est, & ventri adheret. Postea quum concoctum fuerit in ventre, efferuescit; & venter derепente attollitur, & ardet, ac dirumpi videtur.* Hæc attuli, vt intelligeretur quid sit apud Iulianum πικρὸν τὴν ἀνάδοσιν. Non enim audiendus Interpres, qui vertit *odore amarum.* Ἀνάδοσις cibi confectio ac digestio, siue, per omnes corporis partes alimenti distributio. Galenus libro tertio de facultate alimentorum, capite de melle, scribit mel suapte natura esse λεπτομερὲς, tenue, ac ventrem insita quadam acrimonia proritare, ante vt egeratur, quam percoqui digerique possit. τὸτο δὲ ἀφαιρῶντες αὐτῷ, πρὸς ἀνάδοσιν τε, καὶ πέψιν ἑπιηδειότερον ἐργαζόμεθα. *Hoc igitur detrabentes ipsi, ad digestionem & concoctionem aptius reddimus.* Id vero aquæ mistione, & vtriusque coctione, perfici. Tum enim, ubi despumauerit, ἀναδίδοται & βραδέως.

Ibid. B. lin. 4. 5. Σῦκον δὲ δὲ αἰσθήσει μόνον ἡδύ) Vide Galenum lib. 2. de aliment. facult. & Athenæum lib. 3.

Ibid. C. lin. 9. 10. Θεόφραστου δὲ ὁ καλός) De ficibus, & earum insitione, Theophr. lib. 2. Hist. Plant. cap. 1. & 7. nec non lib. 1. de causis cap. 6.

Pag. 392. C. lin. 3. κερῖον μὲν ὡς εἰκός) Forte οἷς εἰκός.

Pag. 393. B. lin. 3. 4. τοῖσιν αὐτῶ) Forte τοσῆτον αὐτῶ.

AD EPISTOLAM XXV.

Pag. 397. C. lin. 1. τὸν ἀδελφὸν Ἰσλον) Prohibet hoc rescripto Iulianus praestationes, & tributa, quae per Apostolos Patriarchae Iudaeorum exigere solebant. De Iudaeorum Patriarchis vide lib. 16. Cod. Theod. Tit. 8. praesertim leg. 14. in qua idem, quod hoc loco Iulianus, vetant Arcadius & Honorius Impp. Itaque eandem rursus exigendi licentiam a Patriarchis usurpatam esse liquet: vel nouo aliquo Principis rescripto denuo concessam. Quemadmodum superior illa lex ab Arcadio & Honorio Theodoro Consule, id est, anno Christi CCCXCIX. edita, anno sexto postea, id est Christi CDIV, Honorio VI, & Aristaneto Coss. abrogata est noua sanctione, quae est XVII eiusdem Tituli. Erat & aliunde quaestuosus Iudaeorum Patriarchatus, ex Archisynagogorum mutatione, ut Epiphanius indicat Hær. 30. & Palladius Dial. de Vita S. Chrysostomi.

AD LEGEM DE MEDICIS.

Pag. 398. B. lin. 1. Τὴν ἰατρικὴν) Ipsissima sanctio Iuliani extat in Cod. Theodol. lib. 13. Tit. 3. de medicis & professoribus, lege 4. edita Mamertino & Neuita Coss. qui est annus Christi CCCLX.

Ibid. B. lin. 6. 7. καὶ τὰ τῶν συμβαινόντων) Baroccianus ἵνα τὰ ἀρρώγηματα ἐπανορθῶνται διὰ ταύτης. ὅθεν καλὰ.

AD EPISTOLAM XXVII.

Pag. 399. B. lin. 2. Μέχρι τῶν Λιτάρων) Meminit Euagrius lib. 5. cap. 12. aë locum esse dicit Antiochia disitum stadiis CCC.

Pag. 400. C. lin. 5. χωρίον ἐστὶν Ἑλληνικόν) Legebatur τυεῖον. Vnde Interpres absurdam sententiam exculpfit.

AD EPISTOLAM XXVIII.

Pag. 402. C. lin. 7. τὰς τῶν ἐταίρων) Baroc. ἐτέρων.

AD EPISTOLAM XXX.

Pag. 403. D. lin. 3. τὸν Βεπάλιον) Baroc. τὴν Βεπάλιον.

AD EPISTOLAM XXXII.

Pag. 404. D. lin. 1. Γεράφω) Baroccianus: καὶ γεράφω. Mox: τὰ ὅμοια παθῶν. rectissime.

AD EPISTOLAM XXXIII.

Ibid. D. lin. vlt. ἐφ' ἡμῶν τῆνομα Corr. ex Boroc. εὐφημεῖν.

Pag. 405. A. lin. 7. σαυτῶ δὲ ὅτι) Baroc. ὅτε.

AD EPISTOLAM XXXIV.

Ibid. B. lin. 7. Ἐγὼ δὲ εἶδ' ἂν ἄνθρωπον) Baroccianus εἶδ' ἐν ἀνθρώποις φαίη
ἂν εἶναι ὅλως, ἕως ἂν.

Ibid. B. lin. 9. ἀλλ' ἐργασῆς μὲν εἶναι) Baroc. addit σός.

Ibid. B. lin. 10. 11. τῶ Τηλεμάχῃ) Abest a Baroc. vox παλῆς.

Ibid. D. lin. 1. 2. ἀυῶ σοι Φοῖβόντων) Baroc. ἀυῶ σοι τῶν ἀνδρῶν μετεῖναι.
quomodo legendum. Nam vulgata sensum nullum habet.

Pag. 406. A. lin. 5. Φύλακα καθαρῆς) Scribe ex Barocciano μυείσις παι-
δέυσεως.

Ibid. C. lin. 1. μείων εἶ, καὶ μὴ μάλλον) Lego ex Baroc. εἰ καὶ μὴ μάλλον εἰς
ἀρετὴν ἄκραν τελευθεῖς, ὧν ἔχεις.

Ibid. C. lin. 4. ἀκτῖνάς σε) Baroc. ἀκτῖνας σοφίας.

Ibid. D. lin. 4. 5. δύναϊλο ἐπί σοι) Baroc. pro δύναϊλο habet ἂν.

Ibid. D. lin. 8. τὸ γὰρ πῦρ) Leg. ex Baroccian. τῷ γὰρ ὄντι, & expunge vo-
cem πῦρ.

Pag. 407. A. lin. 1. καὶ Ἐρμῆ ἀγίε) Baroc. λόγιε.

Ibid. B. lin. 1. ὑφ' ὁμοίαις εὐχαῖς) Baroc. ἐφ' ὁμοίαις.

AD EPISTOLAM XXXV.

Argiuos a Corinthiis oppressos, & nouis exactiōibus præter ius subiectos,
Proconsuli, vt opinor, Achaia commendat Iulianus; iniquum esse dicens,
urbem olim florentissimam, & ob impensas sacrorum certaminum a tributis im-
munem, Corintho in Amphitheatrales venationes vectigal pendere. Erat Corin-
thus Romanorum colonia ab Augusto facta: qui ex Iulii Cæsaris voluntate urbem
illam a ruinis excitauit. Quo nomine ius in plerasque, quæ coloniae non erant,
urbes sibi vindicabat. Non esse Imperatoris hoc rescriptum, sed priuati adhuc
Iuliani supplicationem, ex pag. 410. B. lin. 4. in Notis colligimus.

Ibid. C. lin. 1. Τῶ τε γὰρ Τρωϊνῶ) Mirum cur Troiani belli præcipuas par-
tes eodem modo Argiuis tribuat, quo postea Lacedæmoniis & Atheniensibus.
Neque enim aduersus Troianos quidquam isti ipsi postea moliti sunt. Sed Tro-
janae expeditionis nomine alias complectitur, quæ contra Barbaros ac Persas a Græ-
cis susceptæ sunt: quasi Τρωϊνῶ idem sit quod Βαρβαρικῶ.

Ibid. C. lin. 11. καὶ ὡς τῷ πρεσβυλάτῳ) Temeno. Vide quæ de Heraclidis
Lib. 9. de Doct. Temp. cap. 30. tradidimus. Capite vero 36. Macedonici regni o-
riginem ab Argiuis repetimus, auctore Carano, Phidonis Argiuorum regis fratre.
Ob quæ Philippi & Alexandri maiores Argis oriundos facit. Lilius lib. 27. de Phi-
lippo rege Macedonia: *Profectus ipse non cum paucis equitum, levisque armatu-
ra, Argos venit. Ibi curatione Hereorum Nemeorumque, suffragiis populi, ad eum
delata; quia se Macedonum reges ex ea ciuitate oriundos referunt, &c.*

Pag. 408. A. lin. 7. Κορινθιοὶ δὲ νῦν αὐτὴν) Argos Corintho contributam ef-
se dicit, ex auctoritate dominæ rerum ciuitatis. Nimirum quod Achæis a Mum-
mio victis, euerlaque Corintho, Græcia omnis Achaia nomine censita Magistrat-
um accepit a Populo Romano, qui sub Imperatoribus Proconsul appellatus est,
& Corinthi degebat: quæ fuit Achaia, immo Peloponnesi, adeoque totius Græ-
ciae, metropolis. Vide Pausaniam in Achaicis pag. 222. Plinium Epist. vlt. libri o-
ctau. Ante annos porro septem, quam hæc scriberet Iulianus, Corinthii tribu-
tum

tum Argiuis imperare cœperant, in bestias ac venationes. Id Græcum verbum *συνέλειν* significat. Glossæ veteres: *συνέλεια τὸ ἐπίταγμα Tributum, συνέλεισής Tributarius*. Neque vero recentiori cuidam assentior, qui *βασιλεύσαν πόλιν* de Constantinopoli interpretatur. Cuius & reliqua parum probabilis opinio post paulo discutietur.

Ibid. B. lin. 3. *ἔτε τὴν Ἠλείων συνέλειαν*) Lego *ἀτέλειαν*. quod & sententia postulat. Nam Arguios eodem iure esse immunes oportere dicit, ac Delphos, & Elidenses: quum nihilo minus, quam isti, sacrorum ludorum procuracionem habeant.

Ibid. C. lin. 5. 6. *πρὸς δὲ τρίτοις Ἠλείοι*) Olympici agones & Pythici semel quinto quoque anno celebrati sunt. Nemeaci & Isthmiaci, bis in quaque pentacteride, hoc est *διὰ τριημερίδων*, ut ait Scholiastes Pindari. Nemea quippe anno primo labente tetraeteridos, & tertio similiter exeunte peracta sunt: quorum alia erant æstiva, alia hiberna, uti Lib. 1. de Doct. Temp. cap. 33. diximus. Anno illo, quo clades ad Thrasumenum lacum accepta est; qui fuit Urbis conditæ DXXXVII, Olympiadis centesimæ quadragesimæ tertius desinens, & iniens quartus; Nemea celebrata sunt: quibus quum interesset Philippus, nuncium accepit de Romanorum clade, ut scribit Polybius. Ea porro clades verno tempore contigit. Nemea vero æstate, hoc est Panemo mense, qui Iunio circiter respondet. Itaque tertium annum Olympiæ tetraeteridos clausere Nemea. Rursus anno Urbis conditæ DXLVI Crispino & Marcello Coss. quo cœpit annus primus Olymp. CXLIII, incidere Nemea, quorum curatio Philippo regi delata est, ut refert Livius lib. 27. Qui insuper lib. 34. scribit, Coss. M. Portio Catone & Valerio Flacco, id est anno Urbis DLIX, celeberrimum festorum dierum, ac nobile ludicrum Nemeorum, die stata propter belli mala prætermissum, in aduentum Romani exercitus ac ducis indictum fuisse, præfectumque ludis ipsum imperatorem. Habuit hic annus finem primi anni, & initium secundi Olympiadis CXLVI. Quocirca verisimile est, statum ac legitimum tempus fuisse primum annum Olympiæ tetraeteridos, appetente iam hieme. Præter duplicia Nemea, Herea quoque iisdem ab Argiuis obita sunt: quæ utrum alterum sint ex duobus illis festis adiectitiis, non temere dixerim. Quatuor igitur in totum solennia ab Argiuis indicta sunt: ob quæ merito immunes esse debuerunt.

Ibid. C. lin. 6. 7. *διὰ τῆς πολυθρυλλήτης πενταετηρίδων*) Interuallo annorum quatuor vertentium & solidorum Elidenses vnos tantum ludos celebrabant, Olympicos: ut & Delphi Pythios. Argiui autem quaternos; nempe bis Nemeacos instaurabant, & alios præterea duos: qui omnes erant trieterici: hoc est, biennio solido interposito peragebantur. Hanc enim notionem habet vocabulum *πενταετηρίς, τριημερίς, & similia*. Quod Iulianus mox demonstrat, quum illud ipsum explicans, quod dixerat, *διὰ πενταετηρίδων*, subiicit: *ὡς εἶναι τέσσαρας πάντας ἐνιαυτοῖς τέσσαρασι*. Ut non plures, quam quatuor integri anni concipiendi sint. Quemadmodum notissima hodie res est, *πενταετηρίδα, τριημερίδα, & hæc Latina nomina, quinquennes, vel quinquennales ludos*: item ista, *διὰ πέμπτης, διὰ τρίτης ἔτης*, quatuor, ac tres tantummodo expletos & vertentes annos exprimere: hoc est, vno minus quam numeralis vox significat: ut nemini hac in re, præterquam Alphonso Caranzæ, & similibus, hæsitare liceat; ita vicissim cauendum, ne in contrarium incidamus errorem, & quinquennii spatium, quod certis rebus attribuitur, in quadriennium contrahamus. Hoc eo dixerim, quod viros

quosdam eruditos minus ad id attentos esse video, qui lustrum Romanum quinquennale cum Olympico quadriennali paria fecisse sentiunt. Ita Budæus in Annotat. ad Pandectas ad L. Si quis. De rebus creditis. ubi sic Vlpianus loquitur: *Nam & si colonus post lustrum completum fructus perceperit, condici eos constat.* Budæus hic lustrum idem censet esse cum Olympiade, & quadriennio exacto quintum quemque ineuntem annum exprimere. Sed fallitur. Nam lustrum apud Iurisconsultos quinque annos solidos significat; ut in Cod. Theod. l. vn. de quinquennii præscriptione: *Competitorem quinquennii possessor eliminat.* quæ sic Anianus interpretatur: *Quicumque rem fiscalem per quinquennium possedisse probatur, ita ut exinde a nullo fuerit expulsus, & hanc ipsam rem aliquis sibi petere a Principe voluerit, possidenti in tantum lege consultum est, ut etiam tuitionem ferre possessori iudicem iusserit, & competitionis constitutionem ordinaverit rescindendam, si tamen ille, qui possedit, sine ulla inquietudine per quinquennium se docuerit possidere, quia hoc spatium temporis ab eo, qui sine molestia possedit, etiam fiscum suum excludi iussit.* Non potest in illis verbis quinquennium nisi de quinque integris annis usurpari. Atqui lex eadem Honorii ac Theodosii illam ipsam quinquennii possessionem *lustralem* nominat: *quibus tamen, inquit, lustralis aderit absque interpellatione possessio.* Sic in aliis legibus. Ex quibus constat, tam priuatorum prædia, quam publica, ut & vectigalia, in quinque annos locari solita. D. XLIX. de iure fisci. Callistratus: *Quum quinquennium, in quo quis pro publica conducta re se obligavit, excessit; sequentis temporis nomine non tenetur.* Subiicitur Hadriani rescriptum in hæc verba: *Valde inhumanus mos est iste, quo retinentur conductores vectigalium publicorum, & agrorum, si tantidem locari non possint. Nam & facilius inveniuntur conductores, si scierint fore, ut, si peracto lustro decedere voluerint, non teneantur.* Quis non videt, lustrum nequaquam quatuor esse solidos annos, sed quinque? Sic & D. xxxii. de legatis & fidei commissis, Labeo: *Qui hortos publicos a republica conductos habebat, eorum hortorum fructus usque ad lustrum, quo conducti essent, Ausidio legauerat, &c.* Tum apertissime D. de Administrat. rerum ad ciuitat. pertin. Papinianus: *Pradium publicum in quinque annos, idonea cautione non exacta, curator reipublicæ locavit.* Nec aliter in legibus cæteris, in quibus de locatione priuarum publicarumque rerum agitur. Sed & lustrum annos quinque complecti demonstrat his verbis Apuleius in Apologia: *Consules legat, annos computet: quos sexaginta mulieri assignabat, probet quinque & quinquaginta. Lustro mentitus est.* Lustrum Romanum a censione populi Romani originem habuit. Ea vero post quinque vertentes annos ex legis præscripto apud Censores fieri debebat. Ascognius in 3. Orat. contra Verrem, ad hæc verba: *Neque census esset; sic adnotat: hoc est, neque census eius in quinquennium illud esset factus, quorum annorum spatium instaurari census solet apud Censores, quorum administratio per lustrum, hoc est, quinquennium, extenditur.* Atque huius moris vestigium in Fastorum Capitolinorum reliquiis apparet; in quibus lustra nonnulla continuis quinquenniis interiectis condita visuntur. Quod & Romanarum antiquitatum peritissimi docent, Sigonius, Onufrius, Pighius. Ad hæc Cicero libro 3. de leg. legem de Censoribus ferens, inter alia, *Magistratum, inquit, quinquennium habento:* quod quidem de quatuor solis integris non potest intelligi. Hinc illa consuetudo, quam dixi, nata videtur, uti locationes publicæ priuatæque in quinquennium, hoc est lustrum, fierent; quod a Censoribus in totidem annos olim publica vectigalia locarentur: quot videlicet in annos initio Magistratus gerebatur. Quæ res vincit, interuallo quin-

quinque solidorum annorum Romanum constare lustrum. At enim, obicit Budæus, Plinius lib. 2. cap. 47. lustrum vocat quadriennium, ubi de Eudoxi tetraetride loquitur. Tum Ovidius lib. 4. de Ponto Eleg. 6.

In Scythia nobis quinquennis Olympias acta est:

Jam tempus lustris transit in alterius.

Sed nimirum Latini scriptores interdum ob duarum istarum periodorum annalium propinquitatem, lustrum Romani, & *πενταετηρίδα* Olympica, promiscue illas acceperunt; sic ut quadriennio lustrum vocabulum impurauerint. Olympiadicus agone ineunte anno quinto fiebat: lustrum Romanum quinque vertentes obtinebat annos. Quum in eiusdem anni altera initio, altera fine, periodus clauderetur, si vnaquæque seorsim, & extra reliquarum seriem & *ομάδα* consideretur; facile eas inuicem vsus auctorum permiscuit minus exacte de istis loquentium. Sic intelligendus est Censorinus, qui cap. 18. lustrum vetus Romanum cum Olympiade, & lustro Domitiani, quod Olympiadum more quadriennio constabat, numero confundit annorum: nimirum quia modico inuicem discrepant. Eodem modo & Isidorus lib. 5. Orig. cap. 57. lustrum a Romanis propter Olympiadas adhibitum putat. Nam quod Ovidium spectat, is *quinquennis* epitheton addidisse nonnullis propterea videtur, ne quis Græcorum ad modum Olympiadas istas expenderet.

Ibid. D. lin. vlt. *ἐπὶ δὲ τὰ κυνηγέσια*) Scrib. *ἐν τοῖς θεάτροις*. Amphitheatrales venationes intelligit: quæ & *θεάτρα κυνηγία*, & *θηρίων θέα*, vel *ἀναίρεσις*, dicuntur. Nouella 105. Locus ipse *θεάτρον κυνηγέσιον* a Dione, aliisque Græcis, passim nominatur. Nec aliter amphitheatrum Dio, quam *θεάτρον* vocat. Quare haud scio an probanda sit Antonii Augustini eruditissimi Iurisconsulti ratio: qui in Onomastico ad Nouellas scribit, *κυνηγιον θεάτρον* Nouella 105, esse *theatri venationem*, & distingui a venatione ferarum, de qua lib. 2. Cod. Iust. & lib. 15. Cod. Theod. de Venatione ferarum. *Illa enim, inquit, in amphitheatro fiebat, hæc in theatro: illa ferarum, hæc cicurum fuit.* Hæc ille. Atqui & *θεάτρον*, ut dixi, apud Græcos est amphitheatrum, & *κυνηγία θεάτρα* in Nouella 105. *θηρίων θέα*, καὶ ἀναίρεσις ibidem dicitur. Quinetiam Iulianus hoc loco vsarum ac pantherarum venationem vocat, *τὰ κυνηγέσια τὰ ἐν τοῖς θεάτροις*. In Cod. vero utroque, venatio ferarum, non illa est, qua de agimus, ludicra & theatralis; sed seria, qua in siluis feræ captantur.

Pag. 409. A. lin. 7. *ὠνῶνται τὴν τέρψιν τῶν φρονήματων*) Ut se habet hæc lectio, sensus est: confidentia & superbia, qua immunes ciuitates opprimunt, oblationem istam redimunt. Interpres dum aliud vidit, nihil vidit.

Ibid. B. lin. 5. 6. *ἔδ' ἂν βῆς ἀπόλοιτο*) Sic apud Ælianum libro 9. Var. cap. 28.

Ibid. C. lin. 4. 5. *ἢ μᾶλλον οἷς ἐναίχῃ*) Dilemmate Corinthiorum iniustitiam ac *πλεονεξίαν* reuincit. Nam aut antiquo iure nituntur, quod florente ac libera Græcia, antequam Romanorum colonia esset ea ciuitas, extitit: aut recenti potius, ex quo colonia facta est. Si prius allegant, nihilo verius est Argiuos Corinthiis, quam Corinthios Argiuis contribui; sin posterius placet, non debent ea, quæ in constituenda noua ciuitate & colonia a maioribus præscripta sunt, violare. Romani autem, quum eam coloniam condiderunt, nunquam Argiuos Corinthiis vectigales esse voluerunt: tamen, quod Achaicæ Proconsul Corinthi reside-

refideret, ad eam urbem, tanquam provinciae metropolin, iuris impetrandi causa, reliquae fere confluerent. Sed ea non priuatim ciuitatis ipsius in caeteras, sed magistratus Romani potestas ac dignitas fuit. Aduerbum *ἐναγχεῖ* laxius hic usurpatur, pro eo quod ante quadringentos circiter annos accidit. Neque enim nuperum aliquod beneficium, aut praerogatiuam, significari puto; sed *ἀντιθεσις* est veteris Graeciae, & sua libertate multata: quod statim indicat, quum tempus hoc extendit eo usque, quum primum coloniae ius illi concessum est.

Ibid. D. lin. 1. *ἐπειδὴ τὴν Ῥωμαίων*) Mirifice nuper hunc locum quidam enarravit. Ius enim Italicum Corintho coloniae ab urbe Constantinopoli concessum sub Constantio intelligit: quasi *Ῥωμαία* ius sit Italicæ coloniae. Sic autem disputat: Iura omnia & *πρεσβεία* Romæ veteris in nouam a Constantino transfusa sunt. Inter hæc autem ius Italicum fuit; quod ratione duplici percepit. Nam & ius Italicum priuatim ei tributum est, quo ipsa frueretur: & eiusdem iuris in alios populos deriuandi potestas illi facta est. Horum prius a Constantino consecuta est, qui illam in omnibus Romæ veteri exæquauit; posterius autem sub Constantio Imperatore obtinuit, uti caeteras vrbes Italico iure donare posset. Atque hoc isto ipso Iuliani loco demonstrari putat. Verum quum idem ius ademptum postea fuisset, a Valente restitutum est *L. vn. C. Th. de iure Italico Urbis Constant.* Hæc ille. Quæ quidem neque vera sunt, neque ad huius loci sententiam vlllo modo pertinent. Perspicuum est enim, loqui Iulianum de colonia Romana Corinthum deducta: quod Augusto imperatore factum est. Deinde quum eos hortatur, ut, si iure illo niti velint, quod ex eo tempore adepti sunt, quo coloniam Romanam admiserunt, ne parentibus suis maiores spiritus gerant; neque nouo decreto, quo illis Argiuorum ciuitas adiudicata est, plus deferant quam maiorum suorum auctoritati & consuetudini, quæ ab initio fundatæ coloniae propagata est; non obscure significat, antiquiorem Constantii temporibus rem illam fuisse. Ac de recentiore illo decreto paullo post. De Italico iure quod noua coniectura pugnat, id hæcenus sibi soli Constantinopolin habuisse, minime procedit. Nam ex ea lege Theodosiani Cod. quam proxime citauimus, apparet Valentem Italicum ius primitus ei ciuitati restituisse; quod, ut opinio fert, Seuerus ademerat, propterea quod Pescennii Nigri partes pertinacius defenderat: quando & Byzantium mœnibus ac priuilegiis omnibus spoliatum Perinthiis adiudicauit: ut Herodianus, & Dio, alique testantur. Credibile est itaque Byzantium, itidem ut alias ciuitates, quarum nonnullas Vlpianus percenset *lib. 1. D. de Censibus*, iure Italico prius donatum, & a Seuero postea multatum, in idem a Valente restitutum fuisse. Neque valde nos mouet, quod opponitur, Constantinum omnibus priuilegiis, quibus prædita erat vetus Roma, Constantinopolin affecisse; inter quæ ius illud fuit. Quippe hæc ipsa vis argumenti contra nouam illam coniecturam retorqueri potest. Nam si iura omnia Romæ veteris in nouam transfusa sunt, etiam illud ipsum, quod a Valente restitutum fatetur, communicandi aliis ciuitatibus iuris Italici eidem attributum est. Hoc enim penes antiquam Romam fuisse, nemo dubitat: immo hac sola ratione ius Italicum ad eam pertinet. Neque enim Roma iure Italico prædita proprie dicitur: quum longe excellentiori statu esset, qui iura & priuilegia omnia continebat, quæ indidem velut a fonte manabant. Sane ius Italicum nemo appellet ius communicandi iuris Italici. Minime omnium lege illa vnica Cod. Theod. cuius verba sunt: *Italici iuris auxilium, arbitra equitate, renouamus. Concessi igitur gratia beneficii publicis actibus intimetur, & incisa tabulis*

bulis debita solemnitate permaneat. Hæc verba, *Italici iuris auxilium*, admonent, eiusmodi fuisse ius illud, quod ad vsum fructumque suum ciuitas ipsa referret, non quod alienis tantum impertiretur: præsertim quum iuris Italici dandi potestas penes Imperatores potius, quam ciuitatem ipsam, resideret. Sed neque necesse est, omnia penitus priuilegia Romæ veteris in nouam a Constantino fuisse translata; sic vt re nulla discreparent. Ne longe exempla requiramus; Præfectus Urbis ecce, qui magistratus Romanam urbem administrabat, sero Constantinopolin est inuectus, nec ante annum CCCLIX. Postremo quemadmodum Italici iuris comunicandi potestas ab recentiore illo scriptore Constantinopoli detracta, & a Valente restituta putatur; ita nos ius ipsum priuatim fruendum primum ademptum, deinde renouatum fuisse, multo verisimilius diceremus, si id nobis placeret, postquam Constantinopolis a Constantino fundata est, iure illo fuisse priuatam. Quod non credimus. Porro ius illud Italicum a Valente primum in integrum restitutum esse, sanctionis illius verba fidem faciunt. Quod ab Theodosio iuniore anno Christi CCCCXXI, Eustathio & Agricola Coss. confirmatum est L. vn. Cod. Iustin. de priuil. vrbis Constant. *Vrbs Constantinopolitana non solum iuris Italici, sed etiam ipsius Romæ veteris prerogatiua letetur.* Sozom. lib. 7. Histor. ecclesiast. cap. 9. scribit, Constantinopolin per omnia veteri Romæ exæquatam fuisse: atque inter cætera ius ibi secundum Romanas leges dici solitum: *καὶ τὰ σύμβολα κατὰ τὰ νόμιμα τῶν ἐν Ἰταλία Ῥωμαίων ἐπέειλε.* Hoc est, *Et iudicia de contractibus secundum Romanas leges exercebantur.* Neque recte vertit Interpres: *Et insignia quoque eadem Romano ritu præferbat.* Quod recentior ille scriptor animaduertit. Qui nihilo tamen rectius *σύμβολα* hic esse vult *τὰς συνθήκας, αἷς ἀν ὡς ἀλλήλας αἱ πόλεις θέμεναί τὰ τῶσι τοῖς πολίταις, πράξα conuenta, quæ publice inter se ciuitates constituunt, secundum quæ ius mutuo ciuibus dicant.* Cuiusmodi sunt ea *σύμβολα*, de quibus Demosthenes, vel alius quis auctor Oratione de Haloneso loquitur: quæ Scholiastes ita declarat.

Ibid. D. lin. 9. 10. *ἄλλως τε καὶ νεώτερα*) Perobscurus loctis, cui marginali coniectura nostra lucem attulimus. Sic igitur habendum est: Constantio Imperatore controuersiam illam Corinthiorum & Argiuorum disceptatam fuisse, & hos causa cecidisse; quod publicus eorum patronus & syndicus forensium negotiorum imperitus esset. Quare legendum putamus, *καὶ τὴν ἀπραγμοσύνην τῆ λαχούσῃ ὑπὲρ τῆς Ἀργείων πόλεως, &c.* Non decet, inquit, Corinthios vetera Græciæ iura insuper habere; quum nupero tantummodo interdicto nitantur, & ex eius, cui iuris Argiuorum prosecutio sortito obtigerat, simplicitate ac ruditate cupiditas illorum compendium fecerit. Hæc apud Latinum Interpretem intricabilia sunt. Coniecturam nostram affirmat Iulianus paullo post pag. 410. D. lin. 7. 8. ita loquens: *καὶ μὴ τὴν ἀπραγμοσύνην αὐτῆ τότε συνειπόντῃ τῇ πόλει, &c.*

Ibid. D. lin. vlt. & Pag. 410. A. lin. 1. *ἢ γὰρ αὖ ἐφῆκεν*) Legendum *εἰ γὰρ αὖ.*

Pag. 410. A. lin. 7. *περὶθεμένον καὶ τῆ*) Legebatur *περὶθεμένον.* Nos ex veteribus emendauimus. Malim tamen ita scribere, *περὶθεμένον καὶ τῆ κατὰ τὴν πόλιν.*

Ibid. B. lin. 4. *ὅτι δὲ χρὴ καὶ τοῖς πρεσβείαν*) Non hic *legationem* cum Interprete *πρεσβείαν* esse puto, sed *suffragationem* & *supplicationem.* Quare ex hoc loco liquet, Iulianum adhuc priuatam ab Argiuis interpellatum esse, vt apud Pro-

consulem Achaiae pro se auctoritatem suam interponeret. Hoc ni ita esset, iuberet pro potestate, non supplicationem allegaret: aut ipse litem dirimeret.

Ibid. C. lin. 8. βοηθεῖν αἰτία τῆ δίκαις) Haud satis ista Graece dicuntur, αἰτία τῆ δίκαις, iustitia causa.

Ibid. D. lin. 5. 6. λέγειν δὲ ἐν ἐνὶ μὴ τότε ἐφέντας) In priore iudicio damnatus Argiuorum syndicus non appellauerat. Ideo noua ciuitati actio non competebat; neque iudicium instaurare licebat.

AD EPISTOLAM XXXVII.

Pag. 412. A. lin. 1. Ἀμερίω) Baroc. perpetuo legit Ἰμερίω, & inscriptioni addit, ἐπάρχω Αἰγύπτου ἐπὶ τῆ γυναικί.

Ibid. B. lin. 2. δάδα ἡμμένην) Baroc. λαμπρῶς ἡμμένην.

Ibid. B. lin. 11. ὡ γράφειν ἐπὶ τέτων) Baroc. ὡεῖ.

Ibid. C. lin. 9. τῆς ἀλλοῦς νεθελεῖν) Baroc. νεθελεῖν εἰδότες. Mox idem, ὡς χρὴ τῆς εἰδότες.

Ibid. D. lin. vlt. ὀρέξασθαι πεισένελοι) Baroc. ὀρέξαι.

Pag. 413. A. lin. 1. Φασὶ καὶ Δημόκλειον) Simili fabella moerentem Herodem Philosophum consolatus est Demonax; vt in eius vita scribit Lucianus.

Ibid. A. lin. 9. μὴ φείσασθαι) Baroc. addit μηδενός.

Ibid. C. lin. 6. 7. ἐτι ὡ πάντων) Baroc. τί ἐν ὡ &c. Mox: ἀνέδην.

AD EPISTOLAM XXXVIII.

Pag. 414. C. lin. 4. 5. Ἐπεὶ δὲ περὶ τὸν Βικενλίωνα) Vesontionem in Sequanis ad Dubin, vel Adduasdubin. De cuius arce in edito monte posita Caesar libro primo.

Pag. 415. A. lin. 8. 9. ἔ γὰρ ὑπέμενον) Maximum Cynicum in discrimen adductum sub Constantio indicat: negatque se Deos ipsum de Maximo consulere sustinuisse, ne quid sinistri de illo audire cogeretur; quale verisimile erat accidisse.

AD EPISTOLAM XL.

Pag. 419. A. lin. 9. εἰ δὲ διακρίνη τῆ πρὸς τὴν ἴγλην) Corruptus locus & mutilus.

Pag. 420. A. lin. 5. μαθητὴν ἐκείνης) Delenda vox μαθητὴν.

AD EPISTOLAM XLI.

Ibid. B. lin. 5. 6. ἀνδρὲς ἀκοαῖς) Baroc. ἀκοῆς.

Ibid. C. lin. 3. καὶ Ἀεῖσαι ἢ) Baroc. ἀεῖσαι. Mox: ἡρεμοίη.

Ibid. C. lin. 8. καὶ τὸ ἔ χεῖρον) Expungenda vox χεῖρον, & μὴ pro ἔ ex veteri codice substituendum: si, quod sibi consentaneum est, aut non, velit agnoscere.

Ibid. C. lin. 9. ἐνθέσμαι μεσικῆ) Baroc. ἐνθέσμαι. Idem mox, θνητὸν ἀνθαρμόσαι μέλαι.

Ibid. D. lin. 2. Θαμύειδης ἢ Θρακός) Baroc. Θαμύεις.

Ibid. D. lin. 4. 5. Τί γὰρ δεῖ τὰς Σειρήνας) De Sirenium pennis Aelianus libro 17. Hist. Anim. cap. 23.

Pag. 421. A. lin. 5. καὶ οἶον Ἑρμῆ ῥάβδῳ) Addit Baroc. τῷ παρὰ σαυτῆ λό-
γῳ κινεῖς, &c.

Ibid. A. lin. 9. τὸν θύασον κρέσαντι) Idem codex, θύρσον κρέσαντι. alias
κρέσαντες.

Ibid. B. lin. 5. πρὸς τὴν αἰοίδιμον) An de Hellesponto a Xerxe iuncto loqui-
tur? Mox Baroc. ἐπειδὴ τῆτό ἐσι τὸ δοκῆν.

Ibid. B. lin. 8. τοῖς παρὰ σε) Scribe, vt est in Baroc. τῶν παρὰ σε. Item
χαλιᾶ χρυσῶν.

AD EPISTOLAM XLII.

Pag. 422. C. lin. 11. ἐπὶ νέοις τοῖς λόγοις) Inuerte, ac lege, ἐπὶ λόγοις τοῖς νέοις
συγγίνοιαι.

Pag. 423. A. lin. 8. Οὐ μὴν ἐπειδὴ τῆς) Deesse quædam suspicor ad senten-
tiæ & orationis integritatem.

Ibid. D. lin. 10. ἐξαναγεννηθῆνοι τῆτων) Christianis illudit vsu trito apud
eos vsurpato vocabulo: ἀναγέννησις de baptismo, & noui hominis reformatio-
ne, passim accipitur, ac studiorum morumque mutatione. Itaque Christianis
gentilium lectione librorum interdicens, ait, illos se velle aures ac linguas ab eius-
modi scriptorum consuetudine purgatas habere, vt ea deposita quodammodo re-
nascantur.

AD EPISTOLAM XLIV.

Pag. 425. B. lin. 1. Λιβανίῳ) Baroc. Πείσνω.

Ibid. D. lin. 2. καὶ φιλικώτατε ἀδελφέ) Baroc. hæc addit: ὑπὸ τῶν πάν-
των ἐφορῶν θεῶν. ἴδομί σε ἐμὸν ἀγαθόν. καὶ ἴδια χεῖρὶ νῆ τὴν σωτηρίαν,
(forte τὴν σὴν) καὶ τὴν ἐμὴν. νῆ τὸν πάντα ἐφορῶντα θεόν, ὡς φρονῶ γεγρα-
φα. ἀγαθώτατε πότε σε ἴδω, καὶ ἀγαλάσωμαι; νῦν γὰρ σε καὶ τῆνομα, κα-
θὰ περ οἱ δυσέρωτες, Φιλῶ.

AD EPISTOLAM XLV.

Zenonem medicum, & huius artis professorem, a Georgio Alexandria pulsum
reuocat, & in integrum restituit. In Baroc. addit inscriptio ἀρχιητρώ.

Pag. 426. A. lin. 6. καὶ βίς σωφροσύνης) Baroc. σώφρον.

Ibid. C. lin. 3. 4. εἰ γὰρ διὰ Γεωργίας) Corrig. Γεώργιον, vel Γεωργίς. Ba-
roc. Γεώργιον.

AD EPISTOLAM XLVI.

Ibid. D. lin. 2. Οὐ κησείδιον) Scribe, expuncta negatiua particula, Κησείδιον μι-
κρὸν ἀγρῶν τετάρων δοθέν μοι λαβῶν, &c. Baroc. δοθέντων.

Pag. 427. A. lin. 1. ἔχον δὲ ὡς εἰδὲ) Vetus cod. Reg. ἔχον δὲ εἰδὲ. forte, ἔχον
δὲ ὡς. vt ὡς idem fit, ac nihilominus.

Ibid. B. lin. 9. 10. καὶ εἰδὲ ὀνομαζομένων) Reg. ὀνομάζων ἐπιηδείων λυμά-
των. Forte ὀνομάζεσθαι.

Ibid. C. lin. 5. θυρίδιον ἐδόκει) Scribe, vt est in Regio, πεδίον.

Ibid. C. lin. 10. 11. εἰ ἔξω λόγος ἢ σύνοδος) λόγων.

AD EPISTOLAM XLVII.

Reliqua tributorum ad certum tempus remittit, nempe ad Indictionem

vsque tertiam, quæ anno Christi CCCLIX cœpta est. Quæ indulgentia nominari solet. Vide Cod. Theod. lib. XI. Tit. XXVIII de Indulgentiis debitorum. In Barrociano inscripta est hæc epistola Θραξί. Clausula item hoc modo se habet: ἐρρωμένως ὑμᾶς οἱ θεοὶ σώσειεν τὸν ἀπαντα χρόνον.

AD EPISTOLAM XLIX.

Extat hæc epistola apud Sozom. lib. 5. cap. 15.

Pag. 429. D. lin. 1. 2. Τὴν γὰρ ἐν ὀλίγω) Scrib. Τίς γὰρ. & addendum verbum ἐλπίζειν, aut eiusmodi aliud.

AD EPISTOLAM L.

Nili incrementum, eiusque modum, Ecdicio Ægypti Præfecto significat. Quem XX Septembris die ad cubitos XV creuisse deprehensum refert. Vide Plin. lib. 5. cap. 9. & accuratissimam Diatribam P. Ioannis Baptistæ Scortizæ nostri, de natura & incremento Nili.

AD EPISTOLAM LI.

De hac epistola vide Baronium Tomo quarto.

AD EPISTOLAM LIX.

Pag. 444. B. lin. 3. Τὸν μῦθον ἀκήνοας) Baroccianus codex addit τὸν Γαβείας.

Ibid. D. lin. 4. 5. ὁ κράτις (Ἰπποκράτης) Idem codex adiicit ἔφη.

Pag. 445. D. lin. 2. 3. Ὑπὲρ ὧν εἰς ἐμὲ πεπαρώνηκας) Baroccianus ὑπὲρ δὲ ὧν.

Pag. 446. A. lin. 10. 11. ὡσπερ σὺ νῦν ἐπί) Leg. ex Barocc. νῦν. ἐπεὶ τὰς ἀλλὰς σὲ τῆς ἐπιστολῆς ἀμαρτίας εἰδείς, &c. Ac B. lin. 2. pro ἐξελθεῖν, forte διεξελθεῖν.

Ibid. B. lin. 6. Οὐ γὰρ τὰς ἐξ ἐτοίμας) Barocc. ἐξ ἐτοίμας φῆς ἠκούσας. Ac subinde, καὶ κατὰ τὸ δέον αἰεταμένως: nihil vt desit.

